SYNESII philosophi ac epi

SCOPI PTOLEMAIDIS CYrenaicæ, Epistolæ lectu dignissimæ, in utriusque linguæ studiosorum gratiam Græcè ac Latinè editæ:

THOMA NAOGEORGO *Straubingensi interprete.*

BASILEAE, PER IOANnem Oporinum.

BIBLIOTEKA * KÓRNICKA *
13943

PRVDENTISSIMIS ATQVE HONESTISSIMIS uiris, Conſulibus ac Senatui Straubingenſi, Dominis ſuis colendiſsimis, THOMAS NAOGEORGVS S. D. P.

MAGNA ſemper (Prudentiſsimi uiri) ac perneceſſaria fuit, atque adhuc eſt inter homines quæſtio, qui nam fieri poſsit, ut Deum habeamus propitium, atque poſt hanc uitam ad æterna gaudia perueniamus. Intelligimus enim atq; ſentimus natura, nos ad aliam & ſempiternã quidem uitam creatos: Deumque à nobis offenſum, atq; ideo placandum eſſe. Quo pacto autem hoc fieri poſsit, communis & nũquam ante extremum diem finienda controuerſia eſt: peperitq; innumeras ſectas ac opiniones, maximosq; errores. Verùm enimuero controuerſia omnis erroresq; euitari poterant, ſi homines ab initio Dei auſcultaſſent ſermoni,

moni, unam ac uerã solidamq; ostendenti gratiæ uitæq; æternæ cõsequendæ rationẽ: eumq; per manus sibi inuicem tradidissent ac conseruassent. Cæterùm humani generis inimicus etiam hac in parte suarũ sategit rerum, statimq; densissimas offudit tenebras: fecitq; ut homines Dei relicto sermone (paucis exceptis) uias sibi ipsis uariasq; rationes placandi Dei confingerent, mirisq; ac erroneis sese implicarent opinionum Labyrinthis. Vt interim sileam, quòd etiã eò maxima pars uenerũt (quos Ethnicos appellamus) ut non solum Verbi, sed etiam ipsius Dei, omnium rerum creatoris, obliuiscerentur: proq; sua quisque libidine deos sibi multos, eq; creaturarum numero sumptos facerent, colerentq;. Hos, licet cõstantissimè suis in opinionibus perseuerarint, & adhuc perseuerent, longè tamen à uera placandi Dei, adq; æternam uitam perueniendi ratione aberrasse, nobis manifestum est: neq; Deum placasse, neq; ad uitam æternam peruenisse, neq; peruenturos esse. Neq; enim coli potest, aut placa-

ri, qui

ri, qui ignoratur, aq; cuius uoluntate ac præscripto receditur. Recedere autem necesse est, si sermonem, quo se suamq; nobis uolũtatem patefecit, relinquimus. Nam tum demum, ut in naufragio, apprehendit quisque quod potest, studetq; ac conatur irã Dei mortemq; euadere sempiternam, sed irrito conatu. Quid, quòd sunt nonnulli adeò stupidi ac dementes, ut neq; se peccare, neq; Deum placare oportere sentiant, imò Deum esse nullum? qui sanè ab ethnicis quoq; reijciũtur ac damnantur. Quid, quòd Calecuthini non Deum, quem bonum & placatum esse dictitant, sed diabolum colunt, omnibusq; modis placare contendunt? Sed omittamus ethnicos idololatras, crassissimis iuxtà pernicioſissimisq; erroribus in re omnium maxima inuolutos. Videamus alias sectas & studia placãdi Dei, salutisq; consequẽdę: non quòd omnia enumerare uelimus, aut possimus, sed prȩcipua, notissimaq;.

Singulari gratia priuilegioq; Iudęis commendatus est sermo Dei, dati sunt illis prophetæ ac doctores diuinitùs,

tradita est illis lex iusta & sancta, ut ad salutis uitæq; uiam, uoce, legibus, cere monijs & signis ceu manu ducerétur, in eaq; permanerent. Verùm ne illi qui dem (paucis admodum exceptis) eam cognouerunt, aut retinuerunt. Et li cet Ethnicis essent præstantiores, nul laq; colerent idola (quod tamen ante Babylonicam captiuitatem sæpius fe cerunt) uerumq; Deum se colere dice rent, in eo tamen placando uehemen ter aberrarunt, atq; etiamnũ aberrant. Nam & ipsi præscripto Dei neglecto, uel contempto, alia salutis consequen dæ media sibi proposuerunt: circumci sionẽ, legem, sacrificia, meritumq; pro priæ iusticiæ: hoc persuasi, sed fallò, quòd Deus circumcisionem legemq; & sacrificia præcepisset. Nõ enim quic quid præcepit Deus, ideo præcepit, ut in eo quæramus iusticiam, in eoq; tan quam in fine conquiescamus. Multo minus illa prȩcepit, ut ijs se placari pos se ostenderet: quum & legem propter aliud dederit, sacrificiaq; præscripserit, hominumque conatus etiam summi ad implendam legem, adeoque ad pla candum

candum Deum nihil ualeant. Quocirca D. Paulus ad Galatas ac Romanos, itemq́ue ad Hebræos, legem ſcribit pę dagogiam fuiſſe ad Chriſtum, ſacrificiaq́ue cum cæteris rerum typos futurarum: legemq́; non ideo datam, ut euacuaretur promiſsio: & circũciſionẽ Abrahamo, iuſticiæ fidei obſignationem, non ipſam iuſticiam: quin etiam ex operibus legis neminem conſequi iuſticiam, quæ ſita eſt ab initio in promiſsione. Idem teſtatur etiam Deus apud Ezechielem 20. Dedi eis (dicens) præcepta non bona, & iudicia, in quibus non uiuent. Quare præcepta non bona? Quia lex irã operatur, uerbũq́; eſt mortis & condemnationis, non uitæ ac ſalutis. Falſa eſt igitur ludęorum opinio, inanis conatus, ſtudium inefficax, ad effugiendum iram Dei, uitamq́; conſequendam. Et quamuis pertinaciſsimè ſuis ipſorum opinionibus ſtudijsq́ue inhæreant, neque ſe ab ijs dimoueri patiantur: certiſsimum tamen eſt, propter infallibilem Dei ueritatem, illos manere in morte, neque uiſuros uitam. Ioan 3. & 8.

Est deinde Sarracenorum atq; Mahomethistarum secta, quibus Mahomethus ridiculam, stultam, impiam, sanguinariam atq; sceleſtam præscripsit legem, non solum à sermone Dei, uerumetiã à ratione in multis seniuq; communi dissentientem: qua freti tamen illi (quorum maxima per mundum multitudo est) se placare Deum posse sperant, uitamq; mereri æternã. Circumciduntur & hi, atq; ita Mahometho eiusq; legi initiantur: confitentur unum Deum, omnium rerum opificem, eumq; multis extollunt præconijs: præscriptas exercent preces, ieiunia obseruant, faciunt eleemosynas, ad suos peregrinãtur diuos: corporis mũdiciem, morumq; grauitatem sollicitè custodiunt, ut salutem consequantur æternam, paradisumque ingrediãtur omnibus refertam uoluptatibus. Hęc tam certò sibi persuaserunt, ut alias omnes etiam oderint ac persequantur: aut certè miserẽtur, qui alia sunt in sententia. Quid autem miserius, quàm in re omnium maxima sic fœdè hallucinari? Hinc artes ac potestas Satanæ intelligi

intelligi possunt, quoq; pacto quosdã (ut ait D. Paulus) captiuos teneat ad suam ipsius uoluntatem, neq; mentes ad cognoscendam ueritatem erigere si nat. Nam ut taceam, quis qualisq; fuerit Mahomethus, non'ne contumeliosissimũ est in Deũ, plenũq; dementiæ, credere Deũ illius legis tã ridiculę, tam impiæ, Deiq; adeò aduersæ sermonib. esse autorem? & si Mahomethi sit hominis sceleſtissimi, illam posse id efficere, quod diuinæ legi negatum est? Non moratur Deus, quàm magnificè de se loquamur, quod etiam diabolus facere potest: sed qua mentis alacritate, qua constanti fide ipsius Verbum, promissiones, donaq; gratuita recipiamus: qua deniq; ipsum colamus gratitudine. id quod Propheticis Apostolicisq; testimonijs confirmatur. Quare quòd uel Iudęi, uel Mahomethistę, uel alij diuinum nomen iactant, cantant, prędicãt, extollunt, suisq; interim adhærent prauis opinionibus, nihiliq; operibus, uno confestim diuinę uocis tonitru diruitur: Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longè

est à me. Frustra me colunt, &c. Tota sacra testatur Scriptura, neque legibus, neque constitutionibus, neque ullis hominum studijs aut operibus Deum placari posse: neque propterea illum daturum uitam æternam, sed id sanctissimè præstaturum atque effecturum quod initio recepit, per unũ nempe hominem, mulieris & non uiri filium, instauraturũ omnia, hominesq; in gratiã recepturũ. Sic enim minatus est Deus serpẽti, ad primorũ hominũ, totiusq; adeò posteritatis cõsolationẽ: Semẽ mulieris cõteret caput tuũ. Habent leges suã uim & opus, habent cõstitutiones suũ scopũ, habẽt bona opera suũ fructũ & remunerationẽ: uita æterna nõ aliter promissa est, neq; aliter acquiritur, quàm per mulieris filium, qui unus duntaxat fuit, & est, eritq; in æternũ, Dominus noster IESVS CHRISTVS. Hunc promissum quum Adam & Eua, cæteriq́ue patres, qui ante uel post Mosis legem uixerunt, fide apprehendissent, placatum habuere Deum: idq́ue sunt adepti, quòd continebat promissio (quę deinde Abrahamo clarius

nius expoſita fuit) nẽpe liberationem à poteſtate diaboli, mortisque æternæ, benedictionemq; ac fauorem Dei. Hæc gratuitæ promiſsionis dona ſacrificijs, cultu, precibus, obedientia, bonisque operibus ſtudioſe coluerunt, quemadmodum in iuſtificatis Deoq; placẽtibus aliud agere ſpiritus ſanctus non poteſt. Nunquam illis uenit in mentem, imò ne potuit quidem uenire, ob gratuitæ certitudinem dulcedinemque miſericordiæ, ut excluſo repudiatoq; Dei dono, legibus aut ullis ſuis operibus Deum placare conarentur, uitamq; mereri æternã, quò impij omnes reſpicere atq; intẽti eſſe ſolent.

Supereſt igitur Chriſtianorum ſecta (ut uocat Lactantius) quam nos Religionẽ dicimus: quæ ut antiquiſsima, ita etiam certiſsima eſt, ſolaq; quæ petuæ ſalutis ſcopum attingat. Antiquiſsima, quòd re quidem (ut dictum eſt) cœperit in paradiſo, duraueritque inde ab initio: nomen autẽ poſt aduentum filij Dei, per totum mundũ inclaruerit. In paradiſo neq; ethnici, neq; Iudęi, neq; Mahomethiſtę erant, nullaq;

horum

horum nominum facta est mentio: nihil inibi dictum aut pręceptum de circuncisione, neq; de legibus, hominũq; iusticijs: sed Deus aliena & sua opera, non Adami aut Euæ, nec ullorum aliorum hominum, sed unius mulieris filij, nempe IESV CHRISTI morte ac resurrectione, accepta damna resarturũ sese ultrò pollicitus est, serpentisq; caput contriturum. Nam capitis contritio ut inclusam habet resurrectionem, æternumq; Christi regnum, ita etiam humani generis reparationem, redemptionemq; è diaboli potestate, &c. Nõ rogarant Adam & Eua, ut id Deus repromitteret, nec ullis precib. remissionem culpæ impetrauerant, nec ullum illis indictum est ieiunium aut satisfactio, nec ulla præcepta opera, ad euadendos inferos, mortisq; imperium exuendum: sed formidine oppressos, mortiq́ue ac diabolo obnoxios, mera sua misericordia in spem ueniæ erexit Deus, promisso filio suo, qui omnia morte ac sanguine suo lueret & instauraret. Est ergo Christianę fidei summa & propriũ, credere, quòd sola morte ac

resurrectione

resurrectiõe Christi, placatus sit pater, nosq; in gratiam receperit, adoptaueritq; filios & hæredes. Hæc non solum antiquissima fides ac religio est, sed uerissima quoq;, summæq; certitudinis. Et primùm ideo, quòd tanta bona non consistunt in nostra iusticia, mundicie ue, nec acquirenda proposita sunt nostris uirtutib. aut operibus: sed quemadmodum nobis ultrò promissa sunt, ita etiam gratuitò donãtur à Deo per Christum. Si promerenda essent à nobis, deficerent nos uires & animus, quum simus natura filij iręi, ut ait D. Paulus: omniaque nostra opera & iusticiæ coram Deo fœteant, sintq; sicut pannus immũdus, ut ait Esai. 64. Quamobrem quum probè cognosceret Deus, uires nostras nihili factas per peccatum, nostrisq; conatibus ad uitam nos æternam peruenire nõ posse: alium subdidit, nempe filiũ suum, per quem nobis donaret iusticiam, salutem, uitam, & omnia: sicut scribit D. Paulus 1. Cor. 1. Qui factus fuit nobis sapientia à Deo, iusticiaq; & sanctificatio, & redemptio. Si ergo salus nostra

in uno

in uno consistit Christo, perq; eum nobis donatur uita, nec pendet à meritis nostris aut iusticia: certissimè seruat nos hæc fides, quia innititur promissioni, Deique uerbo, quod fallere non potest. Non angelis in tanta re fidere possemus, nedum nobis ipsis, aut ullis hominibus aut creaturis: sed perpetua dubitatione luctandum esset, quid'nam & quantum, & quàm diu faciũdum pro adeptione uitæ æternę, & quando tandẽ placatus esset Deus. Quia uerò Deus uerax est, fidelisque in omnibus sermonibus suis (ut ait Dauid) omnis eximitur nobis dubitatio, certaque nitimur fiducia uitæ æternæ, propter donatam nobis iusticiam in Christo.

Deinde ad huius religionis certitudinem etiam faciunt prophetica & Apostolica testimonia, qualia neque Iudæi neque Mahomethistæ habent: neque ullæ aliæ per orbem terrarum sectæ. In Psalmo 22, postquam Christus multis de passione atque resurrectione sua disseruisset, subiungit: Edent pauperes, & saturabuntur: laudabunt

Dominum,

Dominum, qui requirunt eum: uiuet cor ueſtrum in ſeculum. Pauperes uocat manſuetos, & timore mortis & iræ Dei perterrefactos, quiq́ue ſitiunt atq; eſuriunt iuſticiam. illi edent, inquit: hoc eſt, credent ſe per meam mortem atque reſurrectionem redemptos, inq́; Dei gratiam reſtitutos. atq; ſaturabuntur: hoc eſt, in certã uitæ æternę ſpem uenient, firmamq́; ſalutis concipient fiduciam, ut nihil requirant amplius, ſed unius mei meritis & ſatisfactione contenti erunt. Et quia me (inquit) requirent, fiduciamq́ue in me collocabunt, laudabunt Dominum Deum ſuper miſericordia: qui ipſorum miſertus, ex poteſtate Satanæ, mortisq́; imperio, mera gratia ipſos eripuerit per me. Et emphaticõs dicit, ſaturos fore, Dominumq́ue laudaturos. Solent enim ſaturi canere ac iubilare, & à famelicis & inediam patientibus longè abeſt cantus & exultatio. Ita qui adhuc peccatorum premuntur ſarcina, inq́ue metu hærent, iræ Dei, reformidantq́ue mortem & diabolum, Dominũ laudare ac prędicare nõ poſſunt,

ſed

sed detestantur ac fugiunt. Neq; etiam illi, qui legibus suorumq; fiducia meritorum Deum placare cõtendunt: sunt enim incerti, pleniq; hæsitationis, quum nullis legibus satisfaciant, omniaq; hominum opera sint imperfecta & putria: sed si quid sperãt se adeptos, semetipsos laudant, deq; suis ipsorum uiribus gloriantur: quo neq; damnosius quicquam, neq; pestilentius est.

Porrò si quis plenè cognouerit gratiam Dei ac fauorem per Christũ, quòd nimirum is mortuus sit propter peccata ipsius, atque resurrexerit propter ipsius iustificationem, Rom. 4. is ut abiecto timore omni mortis ac iræ, conceptaq; æternæ uitæ certissima fiducia, fatur est: (quid enim ultrà faceret nobis, donaretq; Deus, quàm quod fecit donauitque in filio, quem & ipsum & omnia cum ipso nobis donauit? Rom. 8. Quid ue amplius nostra mens excogitare aut capere possit ut saturetur, quàm ea bona quę nobis promissa sunt in Christo?) ita ex animo Dominum laudare potest, deq; illius gratia gloriari. Deinde epiphonema infert. Viuet cor ue-

cor uestrum in seculum, uel inæternum. Quasi diceret: Quum ita certa fide à me pependeritis, Dei patris innixi promissionibus, ò quàm beati eritis: uiuet enim, hoc est, iucundum & alacre, iuxtaque securum erit cor uestrum in æternum: quia certi estis, nihil omnium uobis posse nocere. Quis enim (ut ait D. Paulus Rom. 8.) intentabit crimina contra electos Dei? Deus est qui iustificat, quis ille qui condemnet? Num Christus est ille qui mortuus est? imò qui & suscitatus est? qui est ad dexteram Dei, qui & intercedit pro nobis? His adstipulatur etiá Christus Dominus noster, Ioan. 11. Qui credit in me, etiamsi mortuus fuerit, uiuet. Item 3. Qui credit in filium, habet uitam æternam. Et 5. Amen amen dico uobis, qui sermonem meum audit, & credit ei qui misit me, habet uitam æternam, & in condemnationem non ueniet, sed transiuit à morte in uitam. Reconciliati uidelicet sumus cũ Deo, remissa sunt nobis peccata, adoptati sumus in hæredes Dei atque cohæredes Christi, per mortem atq; resurrectio-

nem Domini nostri IESV CHRISTI. Cur ergo non uiueret, cur non iucundum ac hilare cor nostrum esset, tantorum promissione certitudineq; bonorum? Hoc est nempe, quod D. Paulus ait: Siue uiuimus, siue morimur, Domini sumus. Quicquid nobis accidat in hoc mundo, quicunq; casus nos obruat, certò tamen scimus Deo nos charos esse, acceptosq; propter filium: imò ita filio conglutinatos (ut ita dicam) & insertos, ut nos condemnare non possit, nisi ipsum quoque unà nobiscum condemnet. quorum utrunq; fieri nunquam potest.

Hæc omnia (ut semel dicam) & quæ sequuntur, eò spectant, ut Christianæ proprietas simul & summa fidei intelligatur, confirmeturq; ea esse, ut per unum uirginis filium, exclusis omnibus legibus & operibus, fauor Dei & gratia omnibus certò constet fide apprehendentibus. Hinc etiam in ultimo illius psalmi uersu sic legimus: Venient, & annunciabunt iusticiam eius populo qui nascetur, quòd ipse fecerit. Dauid mutata loquentis perso-

na,

na, quod in Psalmis frequenter fieri solet, prædicit per spiritum sanctum, Apostolos fore ac doctores, usque ad finem mundi, qui annuncient iusticiam ab filio Dei partam, id quod fit per Euangelium, confirmentque quòd ipse fecerit. Quid nam? id quod decreuit Deus ab initio, opus aut uoluntatem Domini (ut uocat Esaias 53) contritionem nempe capitis serpentis, redemptionēq; generis humani. Vt si quæratur, Quis placauit partē pro nobis? respondetur, Ipse. Quis satisfecit pro peccatis nostris? Ipse. Quis nos redemit à potestate Diaboli & mortis? Ipse. Quod uidelicet nemo angelorum neque hominum facere potuit, quodque nullæ leges, nulla opera, nullæ uires, nulli conatus humani efficere potuerunt, effecit ipse. Quis ipse? Vnigenitus Dei filius, qui morte ac resurrectione sua æternam nobis peperit iusticiam, asseruitque in libertatem. Quæris, an fecerit solus? Quid ni? Aut ostende Theseū qui illi astiterit, opémque tulerit: sed nullū ostēdes. Vt unus duntaxat est uirginis Deiq; filius, ita

solus ipse pro nobis mortuus est ac satisfecit inæternum. Excluſi sunt angeli & homines, excluſæ omnes leges, uiresq; humanæ. Quicunque Deum uolunt habere placatum, uitamq; adipiſci æternam, huius unius satisfactionem fide apprehendant neceſſe eſt. Idē ſcribit etiā Eſa. 53. Infirmitates noſtras ipſe portauit, & dolores noſtros ipſe ſuſtinuit. Item: Ipſe uulneratus eſt propter iniquitates noſtras, & contritus propter ſcelera noſtra, fuitq; caſtigatio pacis noſtræ ſuper eum, & per liuorem eius medicatum eſt nobis. Item: Si poſuerit animā ſuam pro hoſtia delicti, uidebit ſemen longæuum, & uoluntas Domini in manu eius proſperum habebit ſucceſſum. Quid clarius dici poteſt? De uno loquitur, de ipſo nimirū Domino noſtro IESV CHRISTO: quòd pro nobis percuſſus ac contritus ſit, factusq; delicti hoſtia, ut nos ſanaremur, reconciliaremurq; Deo. Et ne putaremus eum in ſatisfactione ſuccubuiſſe, aut nihil obtinuiſſe, aut non omnia: ſubdit, opus & uolūtatem Domini in manu eius proſperum habituram

ram ſucceſſum. Voluntas & opus Domini erat, ut redimeremur: id filio dedit in manum: hoc eſt, commiſit & impoſuit. neq; filius defuit officio cõmiſſo, ſed plenè ac perfectè abſoluit: redemit nos, ſuosq; fecit cohæredes proſperrimo ſucceſſu. Et quo pacto tandem nobis illius mors & ſatisfactio applicari poſsit, oſtendit: Cognitione ſui (dicens) iuſtus ſeruus meus, iuſtificabit multos. Iuſtificati ſumus, recõciliati, liberati, ſi eũ cognoſcimus: hoc eſt, ſi credimus Euangelio, tanta per eum beneficia nobis collata annũcianti. Nulla uſquam in hoc redemptionis negocio, mẽtio fit operum noſtrorum, aut uirtutum, aut legum, aut ſtudiorum, quòd his quicquã efficere aut addere debeamus, aut poſsimus. Quid nos faceremus imbecilles, iniuſti, ac condemnati? Quid adderemus ijs quę ſunt abſolutiſsima, pleniſsimaq;? Prętera placatio iræ Dei, redemptio, ſatisfactio pro peccatis, recuperatio uitę æternæ, in noſtra non eſt, ſed in filij Dei manu. Quem ergo haberemus ſucceſſum eo in negocio, quod nobis cõmiſ-

sum non est, maiusque est uiribus nostris? Arrogantia, temeritas, stultitia est, rem aggredi uiribus nostris maiorem, inque diuinum atque alienum irrumpere negocium. Vnde facilè intelligimus, quàm totus ferè mundus deliret sectis, studijs, operibus, conatibus, ad id directis ut placent Deum, satisfaciant pro peccatis, mereanturq; uitam æternam. nec deliret solum, ue rumetiam contumelia Deum afficiat, contumaxq; sit & ingratus, iusticiam Dei repudiando donaticiam, quærendoq; propriam: quod D. Paulus & Iudęos feciſſe scribit, Rom. 10.

Præterea Zacharias cap. 3 scribit: Ecce ego adduco seruum meum germen. Quia ecce lapis quem posui ante Iosuam, super lapidem unum septem sunt oculi, ecce ego cælabo sculpturam eius, dicit Dominus exercituum: & amouebo iniquitatem terræ illius, in die una. In die illa, dicit Dominus exercituum, uocabit quisque proximum suum subter uitem, & subter ficum. Iusserat Deus reædificare templum, instituerat sacerdotium denuò: ne autem

ne autem Iudæi iusticiam quærerent in templo, aut sacerdotio, aut sacrificijs sperarent expiari posse peccata, quantumlibet à Deo mandatis, aut sacerdotium illud Leuiticum perpetuò putarent duraturum, aliud permittit sacerdotiũ & alium sacerdotem, nempe Dominum nostrum IESVM CHRISTVM. Eum uocat seruũ suum, quemadmodum & in Esaiæ 49. 52 & 53. Habuit enim Deus ab initio quidem multos seruos, patres, prophetas, reges, sacerdotes, qui se strenuè exercuerunt docendo, gubernando, offerendo, alijsque factis & studijs: sed tamen per eorum nullum, per nulla eorum opera uoluit, potuitque placari. Quare destinauit sibi, promisitq; seruum unum se peculiarem, iustum, electum, acceptumque missurum, filium suum, qui humanum genus redimeret, satisque faceret pro peccatis. Illum appellat germẽ, quòd crescendi perpetuò naturam in mundo habeat, eumq; eminere oporteat supra omnes prophetas, patriarchas atq; Apostolos. quod etiam Ioannes Baptista testatur:

Illum (inquiens) oportet crescere, me autem minui. Eundem mox appellat lapidem, quem sit positurus ante Iosuam. Nam lapis etiam alibi dicitur in Prophetis, ut Psal. 118. Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, &c. quod de se dictum Christus testatur Matth. 21. Item Esai. 8. 28. Et Dani. 2. atque hoc propter soliditatem & robur, quo cuncta contraria, quantumuis magna & fortia, contriturus esset: propterque stabilitatem immobilitatemq; salutis, ac uitæ in eum positæ. Hunc posuit ante Iosuam: hoc est, durante adhuc sacerdotio Leuitico in conspectum palàm dedit, ut uiueret atque doceret inter Iudæos, seseq; stupendis miraculis declarat & filium esse Dei, uidentibus audientibusq; sacerdotibus. Quin etiam ante Iosuam crucifixus est & mortuus, & à morte resurrexit, inspectantibus uidelicet ijsdem audientibusq; Leuitici generis sacerdotibus.

Super unũ hunc lapidem (inquit) septem sunt oculi. mirabilis lapis, qui nulli alteri impositus est, neq; alius super eum positus, quod in alijs ædificijs

fieri

fieri non solet: sed unus & solus est, eo quòd Christus solus & unus sit propitiator & redemptor, neq; quisquam ante eum fuerit, neque post eum futurus sit, neminemq; in huius muneris participatum admittat. Sed septem sunt super eum oculi: hoc est, omnes electi ab initio eum intuiti sunt, hoc est, in eũ crediderunt, atq; intuentur eum unum ad usq; mundi finem. Septem enim in Scripturis pro indefinito atq; uniuersali numero accipi, & intueri significare credere, manifestũ est. Qui Mosis erectum in deserto serpentẽ intuebantur, morsi à serpentibus Iudæi, non moriebantur. quòd interpretatur Christus, similiter erigendum esse filium hominis, ut omnis qui credat in eum, non pereat, sed habeat uitã æternam. Ioan. 3. Super eum (inquit) sunt septẽ oculi, quasi insculpti essent & incisi: ut exprimeret uehemens electorum desiderium, qui cordis oculos adeò fixè ac intentè in Christum direxerunt, ut Christus ipse ipsorum oculos uideatur habuisse insculptos sibi: quemadmodum amantiũ animi apud

amatos esse dicuntur, non apud amantes. Nam qui credit in Christū, is quasi ablegata & expulsa mēte, non est apud se fiducia & spe, sed in Christo: nō respicit se, quasi aliquid sit aut possit, sed Christum, à quo expectat habetque omnia: imò ne uiuit quidem ipse, sed uiuit in eo Christus, quemadmodum & de se scribit D. Paulus Gal. 2. Ita Adamus & omnes alij electi, ita Abraham & posteri, cordis sui oculos defixerunt in unum hunc lapidem, uideruntque diem Christi: hoc est, crediderunt uenturum, satisque facturum pro omnium peccatis, morte atque resurrectione triumphali sua: uixerūtq; in Christo, & Christus in ipsis, summa securitate, alacritateque & gaudio. Quicunque oculos ab hoc lapide auerterunt aut auertunt, ut Iudæi atque Mahometistæ, atque pseudochristiani, qui legis opera, iusticiasque suas & ceremonias intuentur ceu salutis scopum, seruari non possunt. Non frustra enim proposuit eum Deus unum, neque frustra cęlauit sculpturam eius: hoc est, fecit cædi alapis & flagellis,

conspui

conſpui & ſpinis coronari, configi clauis & lancea, inq; cruce mori, reſuſcitauitq; tertia die: ſed ut ſalubris eſſet, unaque ſpes ſalutis & uitę, immobilisq; ſoliditas contra mortem portasque inferorum. Quemadmodum enim lapis ad ædificia non rudis & impolitus, ſed ad normam exciſus & cælatus eſſe debet, ut firmiter iacere poſsit: ita niſi mortuus cæſusque eſſet Chriſtus, atq; reſurrexiſſet, nihil nobis prodeſſet, ſicut & Chriſtus dicit Ioan. 12. Niſi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipſum ſolum manet: ſin autem mortuum fuerit, multum fructum adfert.

Iam uerò, quando quidē Deus ipſe cę lauit ſculpturā eius (ne quis hominū cōſilio aut uoluntate factū eſſe putet) hoc eſt, morte affecit, & reſuſcitauit, nihilq; omiſit in eo pręparando, quod ſalutis noſtrę intereſſet: certi ſumus de redēptiōe noſtra, ſolidāq; habemus in eo unp ſpē uitę ęternę. Quare ſubiungit: Et amouebo iniquitatē terrę illius in die una. Hactenus (inquit) multa & uaria tentata ſunt ad expiāda peccata, ſacrificijs,

sacrificijs, uictimis, cultib. quotannis &quotidie laboratum est, multum sanguiuis pecudum est effusum, assiduo iuxtà & cassò studio sudatum est abolendis iniquitatibus: non sic agá amplius, sed omnem iniquitatem amouebo in die una. Vno nempe uniusq; diei sacrificio, sanguinisq; effusiõe filij sui, æternam comparauit redemptionem, Heb. 9.10: ut in posterum nullis opus sit sacrificijs pro peccato, nullis expiationibus, nullis denique externis purificationibus: sed securi & læti de obtenta pace, seruire possumus Domino in sanctitate & iusticia. Luc.1. Vnde sequitur: In die illa, dicit Dominus exercituũ, uocabit quisque proximum suum subter uitem, & subter ficum. quib. uerbis summa pax ac securitas, pariterq; læticia exprimitur, ad quam se inuicem inuitabunt credentes, ut unà cantent Alleluia: Apoc.19.

Quid ego autem cuncta Prophetarum testimonia citem, quibus perspicuè Christiana cõfirmatur fides: quòd nempe in uno Domino nostro IESV CHRISTO habeamus omnia? Nimis longum

longum foret. Vnum adhuc adducã, Zach.9. Etiam tu in sanguine testamẽti tui, dimisisti uinctos tuos de lacu, in quo non est aqua. Reuertimini ad munitionem uincti spei. Christum initiò alloquitur Propheta, illiq́ue uni ascribit, quòd uinctos suos, hoc est, omnes electos, qui in peccatis, morte, iraq́ue Dei, inque diaboli potestate tenebantur captiui, per sanguinem testamenti sui emiserit, liberaueritq́ue. Verisimũ Christi præconium. Neque enim uetus testamentum, neque lex, neque sacrificia, neq; ulla opera, placare Deum poterant, captiuumq́ue mortis humanũ genus eripere: sed sanguinẽ suum effundere oportuit Christum, nouũq́; sancire testamentum, in quo remissio peccatorum obsignaretur, perpetuaq́; redemptio. Deinde hortatur uinctos spei, ut se ad munitionẽ per Christum constructam ac absolutam conferant: partam uidelicet per eum salutem amplectantur, quòd aliter ab hostibus seruari non possint. Munitio fortissima & unica contra mortem & inferos, Satanam & iram Dei, est mors Christi, &

resurre-

resurrectio. Si aliam aliquam munitionem nouissent prophetæ, hauddubiè ostendissent eam. Sed quid illi aliud ostēderent, docerentq;, quàm quod ab ipso Deo ostensum est ab initio: quòd serpens quidem uirginis filium morsurus esset, sed filius ille uicissim caput serpentis contriturus? Certissima est igitur Christiana fides, cui Deus ipse, atque prophetæ qui ex spiritu Dei locuti sunt, testimonium perhibent. Clarissimè autem ea exponitur in nouo Testamēto, solidissimeque confirmatur: cuius si testimonia proferre uelim, nunquam finem esset habitura oratio. Quid enim aliud toties inculcat D. Paulus, quàm ex operibus legis neminem iustificari coram Deo, sed per fidem in filium Dei? Excludit leges, opera, conatusque hominū uniuersos: docetq; constantissimè, per unum filium nos in æternum Deo reconciliatos: appellatque Euangelium, sermonem reconciliationis. Quid ergo quidam per alia media quærunt reconciliationem, satisfactionemque pro peccatis, quam solus obtinuit nobis Christus? Qui

hoc

hoc faciunt, Christiani nõ sunt. Chri stianus acquiescit consilio Dei, non repugnat spiritui sancto, loquenti per Prophetas & Apostolos: suam salutem uni acceptam fert Christo, unde & nomen habet: parta per eum reconciliatione contentus est, non quærit aliam: suam omnem paruipendit iusticiam, inhæretque solùm donatæ iusticiæ Dei. Curat ille quidem diligentissimè, ut bonam habeat conscientiam: est studiosus bonorum operum, probitatis omnis atq; honestatis amans: sed tantum abest ut in se suisq; factis salutem quærat, aut reconciliationis ad iumẽta ea censeat, ut stercorum etiam habeat loco in hac parte, quemadmodũ & D. Paulus ad Philip. 3. scribit: Quę mihi erant lucra, ea arbitratus sum propter Christũ damnũ esse. Quin etiã arbitror omnia damnũ esse, propter excellentiã cognitionis Christi IESV Domini mei, propter quem omnia pro damnis duxi, habeoq; pro reiectamentis, ut Christũ lucrifaciam, utq; reperiar in illo nõ habens meã iusticiã ex lege, sed eam quę per fidẽ est Christi, quę est ex

Deo

Deo iusticiã super fide, ut cognoscã illũ, & potentiã resurrectionis illius, &c. Simili modo affectus est uerus Christianus, quemadmodum & D. Paulus inibi hortatur omnes: Quotquot (inquiens) perfecti sumus, hoc sentiamus. Summa hæc est & caput (ait) Christianæ fidei, ut nostra fiducia unonitatur Christo, cæteraq; nullius æstimentur.

Ad hunc fidei colophonem atque regulam omnia accommodanda sunt, ac temperanda. Huc enim referri ac seruire debent sacra signa, quæ Sacramenta dicunt: quemadmodum reuera seruiunt, si rectè intelliguntur & tractantur. Huc omnes accõmodandæ sunt leges ac cõstitutiones: huic fundamento, ritus atque ceremoniæ repugnare non debent, sed ancillari: omnia denique hominum facta aut opera debent superædificari. Ad Colossen. 1. scribit: Qui eripuit nos è potestate tenebrarũ, ac trãstulit in regnum filij sibi dilecti, per quem habemus redẽptionem per sanguinem ipsius, remissionem peccatorum, &c. Eadem ferè scribit etiã ad

Ephes. 1.

Ephes. 1. Deus (inquit) eripuit nos è potestate tenebrarum, quum id uidelicet nullis hominum uirib. fieri posset, transtulitq; in regnũ filij: nõ nosmetipsi transtulimus, aut transferre possumus, nec nostris uirtutibus aut operibus, nec legibus aut obseruationibus, sed per sanguinẽ filij sibi dilecti, donauit nobis regnũ atq; peccatorũ remissionem. Non enim putare debemus, priscos patres atq; Apostolos nihil boni feciſſe, aut nõ studuisse iusticiæ, aut non coluisse charitatẽ: sed præcipuos fuisse in his, nobisque ideo ad imitandum propositos. nõ tamen illi meruerunt uitam æternam, Deumque per se placarunt: sed gratia donoq; Dei seruati sunt, intercedente per mortem filio. Quæ igitur (malum) demẽtia est, diabolicaq; arrogantia, conari efficere id ac consequi, quod nullus ab initio quantũlibet probus & iustus cõsequi quiuit? Idem ad Galat. disertè scribit: Si ex operib. iusticia, ergo gratis Christus mortuus est. Ab inconuenienti ac absurdo uidelicet arguit, nostris nos operibus Deum placare non potuisse,

nec posse. Christus enim non est gratis mortuus: sed urgentibus scelerib. nostris, ac infirmitatibus, destinatoq; ab initio Dei consilio, ut redimeremur. Si nos satisfacere possumus pro peccatis, cur tradidisset Deus filium suum propter peccata nostra? Rom. 4. 8. Curilli Deus imposuisset iniquitatē omnium nostrûm? Esa. 53. Nihili potius fiant, ac reiectamenta existimentur, uires, conatus, operaque nostra, omnesq; iustitiæ: quàm ut putemus, credamusq;, Deum nullam ob necessitatem, adque nullum, aut sanè perparuum temporariumq; effectum, tradidisse filiū suum. Quid, quod se Christus ipse dicit uiam esse ad patrem, ueritatemque: hoc est, pignus promissionum & fauoris Dei, nostramq; uitam? Io. 14. Et addit: Nemo uenit ad patrem, nisi per me. Cōtendunt & Iudęi & Mahometistæ peruenire ad patrem, sperantq; Paradisum uitamque æternam: sed quia non per Christū, frustra contendunt, sperantq; inaniter: satiusque est & æquius ut fallantur à semetipsis, atq; pereant, quàm ut subuertatur Dei consilium, Chri-

stusq;

ſtusq; mentiatur. Quid nõ hic excludit Chriſtus? Non ne omnia quæ Chriſtus non ſunt, neq; dici poſſunt? Cur ergo quidam indignè ferunt, à iuſtificatione excludi leges, charitatem & opera bona? At ea non excludũtur à nobis, ſed à prophetis, ab Apoſtolis, ipſóque Chriſto. Quid enim ualidius ac apertius dici poteſt, ad ſubuertẽdam omnem humanã iuſticiã, conatusq; ac uires noſtras, quàm, Nemo uenit ad patrem niſi per me? Ergo Adã, Abraham, Iſaac, Iacob, cæteriq; iuſti & electi, uenerunt ad patrem, non per ſe, ſed per Chriſtum. Quomodo per Chriſtum? Quòd eum apprehenderunt fide. Dicit enim Chriſtus: Qui credit ei qui miſit me, habet uitã æternã, & in iudicium nõ uenit, ſed tranſiuit à morte in uitã: Io. 5. Item D. Ioãnes in 1. Canonica ſua, cap. 5 ſcribit: Si teſtimoniũ hominum accipimus, teſtimoniũ Dei maius eſt: quoniam hoc eſt teſtimonium Dei, quo teſtificatus eſt de filio ſuo: Qui credit in filium Dei, habet teſtimonium in ſeipſo: Qui non credit Deo, mendacem fecit eum, quia non credit in

testimoniũ, quod testificatus est Deus de filio suo. Et hoc est testimonium, quòd uitam æternã dedit nobis Deus, & hæc uita in filio eius est. Qui habet filium, habet uitam: qui non habet filium Dei, uitam non habet. Si testimonium duorum aut trium hominum robur habet & admittitur, cur nõ potius (inquit) testimonium Dei, quod multis modis est maius, & propter testificantẽ, & rem, summãq; certitudinem & autoritatẽ? Quis testificatur? Deus. Qua de re? De filio? Quid de filio? Quòd illũ nobis dederit, & cum eo uitã ęternam. Rom. 8. Maximus & irrefragabilis testis supra omnes angelos & homines, non testificatur de re leui & terrena, nõ de nostris operibus aut iusticijs, (quod homines solẽt) sed de filio suo, quòd nobis per eum dederit donaueritq; uitam æternã. Qui habet filium, (inquit) habet uitam. non dicit, Qui habet charitatem, aut bona (quæ dicunt) opera. Filius enim Dei, operaq; nostra, maximè à se distant: & tantum, quantum cœlum à terra, Deus q; ab hominibus. Quomodo autem habetur filius?

filius? Fide apprehenditur, habitatq́; per fidem in cordibus noſtris. Epheſ. 3. Fide accipimus donum Dei, non chari tare bonis ue operibus. Nam charitas, qua benefacimus proximo, cum homi nibus rem habet, non cum Deo: dat hominibus, non accipit à Deo: leges & opera huic preſenti ſeruiunt uitæ, non futuræ ac æternæ. Porrò charitas, qua Deum diligimus, nulla eſſe poteſt, niſi fide prius apprehenſo Dei filio, acceptaque gratuita donaticiaque iuſticia. Prior ergo eſt fides, donatáq́; per Chriſtum uitam ac iuſticiam amplectitur: charitas ſequitur, & de donata gaudet gratias q́; agit uita æterna, iuſticiaque. Et quamuis charitas ſequatur fidē natura, longè aliud tamen eſt fidei, aliud charitatis officiū & effectus. Fide nempe habemus filium Dei, uitā æternam: fide iuſtificamur, non charitate aut ullis noſtris operibus. Ro. 3. 5. 10. Nec obſtat, quòd alibi dicit Chriſtus ad quendam: Si uis ad uitam ingredi, ſerua mandata. Id enim ſuperbo, ſuisque inflato uiribus percontatori reſpōdendum fuit, ut imbecillitate tandem im-

mundicieq; sua cognita humiliaretur. humiliato ac deiecto non idem respon disset, sed id quod dicit Matt.11. Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, ego refocillabo uos. Et quod D. Paulus & Silas, Act.16. carceris custodi perterrito ac interroganti: Domini, quid me oportet facere, ut saluus fiã? responderunt: Crede in Dominum IESVM, & saluus eris tu & domus tua. Superbi deprimendi sunt, depressi autem ac humiliati alleuandi & erigendi. Quare primùm etiã Christus & Apostoli docuerunt pœnitentiam, deinde fidem. Mar.1. Matth.3.4. Act.2.3.

Præterea etiam D. Petrus astipulatur huic Christianæ fidei, in concione ad principes sacerdotũ, Act.4. Hic est (dicens) lapis ille, qui reiectus est à uobis ædificantibus, qui factus est caput anguli, & non est in alio quoquã salus. Nec enim aliud nomẽ est sub cœlo datum inter homines, in quo oporteat nos saluos fieri. His enim uerbis nõ solum omnem nostram salutem collocare iubet in Christũ: sed simul etiã excludit alios homines uel angelos, alias q; res quan-

res quantumlibet præclaras à cõferenda salute: dicitq; nos saluos fieri oportere in eo duntaxat nomine, quod nobis ad id datũ sit à Deo. Quod autem aliud est datum ab initio, confirmatum promulgatũq; prophetarũ uaticinijs, quàm IESV CHRISTI? Nomen in Scripturis plerunq; pro celebri fama, magnificaque laude ac opinione sumitur. Lex Mosis diuinaque mandata magnificè laudari possunt, ac extolli: sunt sancta, iusta, immaculata, & multis alijs celebrãtur encomijs in psal. 119. Sed quid tum? In nulla re celebri & quantumlibet laudabili sita est salus nostra, neq; ulla nobis data est, ut per eam salutem consequamur, præter unũ Dominũ nostrũ IESVM CHRISTVM. Magni nominis sunt bona opera, charitas q; proximi prędicanda est, inculcanda, laudib. e uehenda: sed neq; bona opera, neq; charitas, nobis data sunt, ut per ea salutẽ consequamur. Similiter patriarchæ, prophetæ, apostoli, Maria mater Domini, diuiq; omnes, extolluntur meritò, magniq; fiunt in Ecclesia: sed in illis salus nostra nõ consistit,

nec illorum meritis aut obedientia aut aut morte reconciliamur Deo. Debemus illis laudem religionis, obedientiæ, integritatis, constantiæ, patientiq, uirtutum q; omnium: at nostræ redemptionis laudē soli debemus IESV CHRISTO: qui solus dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris per sanguinē suum. Apoc. 1. Quamobrem sint licet multa egregia & præclara nomina hominū, legum, operum, studiorum, &c. omnia tamen excludit D. Petrus, sicut & tota Scriptura, quòd ad salutē nihil faciant. Vnus Deus, unus etiam est mediator Dei atque hominum, homo Christus IESVS, qui tradidit semetipsum pro nobis. 1. Tim. 2. Gal. 2. Christianus ergo uerus non aspernatur, neque reijcit gratiam Dei: amplectitur nomen sibi datum à Deo ad salutem: eo contentus, gratias agit Deo pro misericordia, studet pietati atque innocentiæ, ut glorificetur ijs pater cœlestis: cætera tanti facit, quanti sine Christi iniuria contumeliaq; fieri possunt. Et quoniam fiduciæ suæ suffragatur Deus ipse, Apostoliq; ac Prophetæ, certissimè seruatur, uitæq;

uitæq; æternæ diuino dono fit particeps cum Christo, cæteris omnib. per mundum sectarijs ad tartara detrusis. Est enim una duntaxat fides & religio ad salutem perducens, quę nempe pro fundaméto scopoq; habet filium Dei, per quem placuit Deo instaurare omnia in cœlo & in terra.

Sed dicat mihi fortasse aliquis: Quid hæc protrita & uulgaria, omnibusque nota scribis? Vtinam (prudentissimi uiri) omnibus hæc nota essent, & credita: nec in placádo Deo quærendaq; salute tam fœdè hallucinarentur quidam, etiá inter Christianos. Videmus enim plerosq;, præter Christi nomen nihil præferre, unde Christianos agnoscas, cuiuis potius rei quàm Christo fidere: imò contra unam in Christum fiduciam, manib. pedibusq; (ut aiunt) niti, ceremonijs, studijs, doctrinis, cultibus, factis, opinionibusq; pugnare. Sunt etiam, qui Christi nomine abiecto ac abnegato, trãseũt ad Iudæorum Mahometistarumq; deliria, in ijs salutem scilicet quæsituri. Inueniuntur quoq; nõ pauci, qui licet sincerio-

ris Theologiæ mystę uideri uelint, dicantque, fidem in Christum iustificare quidem, sed non solam, sed ad iustificationis effectum oportere adesse ac cooperari bona opera & charitatē, ne uidelicet donaticiam & passiuam tantum, (ut ita loquar) sed etiam nostram & actiuam iusticiam habeamus: hoc est, ut non in solo Christo, sed etiam in nostris operibus gloriemur: quo nihil intolerabilius abominabiliusq; est Deo. In uno Christo certa esset salus: quia uerò illi salutis acquirendæ partem in nostram charitatem atq; opera transferunt, ex certa reddunt incertam. Nunquam enim certum ac firmum esse potest, quod à nobis pendet. Verùm hoc est Diaboli artificium, ne perfectè exultemus in Deo salutari nostro, né ue in unum certumque scopum collimantes, destinatam nobis donatamque salutem consequamur: sed diuersa petentes, in perpetuis erroribus pereamus. Quare in tanta sectarum uarietate, doctrinæque Christianæ deprauatione, officij mei, quod patriæ debeo, esse duxi, uel paucis atque simpliciſsimis,

pliciſsimis, moderatiſsimaq́ue ratione oſtendere, quę fides ſeu religio & antiquiſsima certiſsimaq́; ſit, uereq́; Chriſtiana: ut ſi qui nondum nouerunt, cognoſcant: qui aũt cognouerunt, in ea perſiſtant. Vellem quidẽ libenter copioſius hac de re agere, tractareq́; annexa quędam, & refellere contraria, peculiari quodam uobis nũcupato libello: ſed temporũ iniquitas iam eſt impedimento, ut cogar huiuſmodi tractationẽ in aliud cõmodius & mihi & uobis differre tempus. Interim Syneſij epiſcopi & philoſophi Epiſtolas à me uerſas, non magnopere quidẽ uobis, ſed tamen ſcholę ueſtræ, atq; utriuſq; linguę ſtudioſis, uſui futuras, uobis dedicaui. Veritus enim iuſtam quorundam reprehenſionem, quòd tot editis libellis nullum adhuc patriæ meæ (cuius prima habenda cura) uobisq́; patriæ rectoribus prudentiſsimis nuncupauerim: uolui uel hoc exiguo libello teſtificari, me patrię mihi chariſsimæ non eſſe oblitum, atque etiam in maioribus pro mea tenuitate promptũ ac paratũ eſſe inſeruire. Quapropter rogo, hoc tenue officiolum

officiolum meum (quæ uestra est humanitas) boni consulatis. Dominus IESVS, uos omnes cum tota ciuitate, in sua cognitione stabiles solidosque conseruet. Dat. Stutgardiæ, Calendis Martijs: 1559.

ex Suida.

Συνέσιος ἐπίσκοπος ἐκ πτολεμαΐδος πενταπόλεως τῆς ἐν λιβύῃ θηβαΐδος, φιλόσοφος τῶν ἱστρατικῶν γενόμενος, ἔγραψε βιβλία διάφορα, γραμματικά τε καὶ φιλόσοφα, καὶ λόγους βασιλικοὺς πανηγυρικοὺς ἢ ἐπιδεικτικοὺς, ἐγκώμιόν τε φαλάκρας. καὶ περὶ προνοίας λόγον θαυμάσιον ἑλληνικῷ χαρακτῆρι, καὶ ἄλλα πλεῖστα καὶ διάφορα βιβλία συνέταξε, καὶ τὰς θαυμαζομένας ἐπιστολάς. Hoc est:

Synesius episcopus Ptolemaidis, quæ est una de quinq; urbibus Thebaidis Africanæ, philosophus ex eorum numero qui res sacras profitentur: scripsit uarios libros, grammaticos & philosophicos, & orationes de regibus panegyricas, demonstratiui generis: orationemq; de Prouidentia admirabilem, Græca dictione. plurima etiam alia uarij generis uolumina composuit: & eas, quæ sunt in admiratione hominum, Epistolas.

Catalogus

CATALOGVS EORVM AD quos scriptæ sunt Epistolæ, secundum Alphabeti ordinem.

A

Anastasio. 22.43.46.79.
contra Andronicum. 57.
Anysio. 6. 14.37.59.77.78.94.
Asclepiodoto. 126.
Athanasio. 121.
Aureliano. 31.34.38.
Auxentio. 60.116.

C

Cledonio 42.
Constanti. 27.
Chrysæ. 83.
Cyrillo 12.

D

Diogeni. 20.23.
Domitiano. 155.156.

E

Episcopis. 72.
Ad Episcopos. 58.
Episcopo cuidam. 128.
Euoptio fratri. 3.4.8.17.32.35.36.39.50.
51.52.53.54.55.56.65.82.84.85.86.87.
89.92.95.104.105.106.107.108.109.110.
111.113.114.120.122.125.127.132.135.136.

H

Heliodoro. 17.25.117.
Herculiano. 137.138.139.140.141.142.
143.144.145.146.
Herodi & Martyrio. 19.
Hesychio. 93.

I

Ioanni. 2.44.63.64.147.148.149.

N

Nicandro. 1.75.

O

Olympio. 45.96.97.98.99.133.

P

Pentadio Augustalio. 29.30.
Petro presbytero. 13.
Philosophæ. 10.15.16.33.81.124.154.
Præfecto. 21.
Præsidi. 62.
Presbyteris. 5.11.
Proclo. 70.
Pylæmeni.48.61.71.74.88.100.101.102.
103.129.131.134.150.151.152.153.

S

Simplicio. 24.28.130.
Sodali. 41.

T

Theodoro medico. 115.

Theodoro

Theodoro & sorori. 7.
Theophilo. 9.66.67.68.69.76.80.90.
Theotimo. 47.49.
Troilo. 26.73.91.112.118.123.
Tryphoni. 119.

V

Vranio. 40.

FINIS.

SYNESII EPISTOLAE, THOMA NAOgeorgo interprete.

Synesius Nicandro S. 1



Veros ego genui, libros, partim ex seueriſſima philoſophia atq; contubernali huius poetica, partim ex omnibus communi rhetorica. Cæterùm agnoſcat quiſpiam omnes unius eſſe patris, nunc quidem ad ſtudium, nunc autem ad uoluptatem declinantis. Porrò præſens hic liber, cuius quidem partis ſit, ſua pollicitatione indicabit: à me autem ita dilectus eſt eximiè, ut libentiſſimè illum aſſererem philoſophiæ, germanisque adiudicarem. Verùm, hoc quidem aiunt, ne leges quidem reipublicæ permiſſuras, (nam acres ſunt ingenuitatis præſides) habet autem lucrum, quòd ei clanculò gratificaturus ſim, multáq; ſtudioſæ partis in eũ contulerim. Si igitur & tibi uiſum fuerit, communica librum Græcis, tuo autem calculo damnatus redeat ad eum qui miſit. Nam ſimias aiunt poſtquam pepererint, quemadmodũ in ſtatuas, ita oculos intendere in ſuos catulos, admiran-

Iudiciũ de hoc ſuarũ epiſtolarũ opere ei defert.

νας τοῦ κάλλους. οὕτως ἐστὶν ἡ φύσις, φιλότε-
κνον. τὰ δὲ ἀλλήλων ὁρῶσιν, ἅπερ ἐστὶ, πι-
θήκων παιδία. ἑτέροις οὖν ὑπὸ τρεπτέον, ἐξε-
τάζειν τὰ ἔκγονα. αἱ γὰρ εὔνοιαι, δεινὰ δὲ
κάσαι τὰς ψήφους, διὰ τοῦτο λύσιππος ἀ-
πελλῆν εἰς τὰς γραφὰς εἰσῆγε, καὶ λύσιπ-
πον ἀπελλῆς.

Ιωάννη. β

Ἀφοβία μεγίστη, τὸ φοβεῖσθαι τοὺς νόμους.
σὺ δὲ αὐτοὺς ἡσχύνθης, ἀεὶ φανῆναι
φοβούμενος. τοιγαροῦν δέδιθι τοὺς ἐχθρούς,
καὶ μετὰ τούτων τοὺς δικαστὰς, ἂν μὴ κλέ-
πτωσι. κἂν κλέπτωσι μὲν, μὴ σὺ δὲ ἧς ὁ τὰ
πλείω διδούς, οὐδὲν ἧττον εὐλαβητέον. ὀργί-
ζονται γὰρ ὑπὲρ τῶν νόμων, ὅταν καὶ μισθο-
δότας προσλάβωσιν.

Τῷ ἀδελφῷ Εὐοπτίῳ. γ

Τρίτη μὴν αἰσχίνη κειμένῳ. ἡ δὲ ἀδελ-
φιδὴ τότε πρῶτον ἧκεν ὑπὸ τὸν τά-
φον. οὐ γὰρ οἶμαι νομίζετε νυμφευτρίαις βα-
δίζειν ἐπ' ἐκφορὰν, ἀλλ' ἐν φοινικίδι καὶ τό-
τε, καὶ διαφανὴς ὁ κεκρύφαλος. καὶ χρυ-
σία καὶ λίθους ἐξήρτη τότε καὶ περιέκειτο,
ἵνα μὴ τοῦ νυμφίου σύμβολος ἀπαίσιος
γένηται. καθεζομένη οὖν ἐπ' ἀμφικεφά-
λου

tes eorum pulchritudinem (usq; adeò est natura suorum amans) at illi uicissim & aliorum uidentibus, nihil sunt, quàm simiarũ catuli. Proinde alijs permittendum, ut fœtus examinent. Nam beneuolentiæ acres sunt ad iudicia corrumpenda. Propter hoc Lysippus Apellen in picturas introduxit, & Lysippũ Apelles. Vale.

Ioanni. 2

VAcuitas timoris maxima est, timere leges: tu uerò eas turpitudine affecisti, semper conspici metuens. Quapropter metuito inimicos, & cum his iudices, si non furti se alligarint. Quin etiam si se furti alligarint, tuq; non sis qui plura det, nihilominus cauendum est. Irascuntur enim pro legibus, cum etiam mercedis datores assumpserint. Vale.

Leges esse timendas.

Fratri Euoptio. 3

TErtia quidem dies erat Aeschini iacenti in sepulchro. neptis autẽ ex sorore tunc primùm uenit ad sepulchrum. Non enim (opinor) moris est pronubis, ut ad funeris elationem uadant. Verùm in pumicea ueste etiã tunc, flammeumq; translucidum, aurumq; & lapides sibi aptauerat, circundederatq;, ne sponso infaustum omen fieret. Sedens igitur in bicipi-

De importuno cognatæ in funere ornatu.

λυ καθεδρας, φασὶν, ἀργυρόποδος. πολλὰ
καὶ ἐμέμφετο τῆς ἀκμείας τὰ συμφορᾶς, ὡς
ἢ πρόσθεν ἐχρῶ, ἢ μετὰ τὸν γάμον ἀρθα-
νεῖν. καὶ πῶς ἡμᾶς, ἐφ' οἷς ἐδυσχέραμεν ἐμέ
νιε. μόλις δ' ὃν ποθεμένας τῆς ἑβδόμης,
καθ' ἣν ἡμεῖς εἰσιάκαμεν τὸ δεῖπνον τὸ
ὠθιτάθιον, αὐτῇ τε καὶ τῇ φλιάσιος
γρᾶς τῆς πτθίθας, ὠθὶ τὸ ζεῦγος ἀναβιβά-
μην τὸ δεκηρον, πληθούσης ἀγορᾶς, ἅπασι
τοῖς παρασίμοις ἐπόμπευον δύθυ τοὺς ἀγ-
ρους ἐλαύνοντας. μέλλ γὰρ καὶ εἰς τὴν ὠθισθεσαν
ἑβδόμην, ταινιώσεσθαί τε ἡ πυργοφόρος
καθάπερ ἡ κυβέλη ποθιελθοῦσαν. τούτοις
ἡμεῖς μὲν δὴν ἀδικούμεθα, πλὴν τὸ καταφα
νεῖς γεγονέναι, λίαν ἀναιδῶντες ἐχοντες
συγγενεῖς. ὁ δὲ ἀδικούμενος, ἀρμόνιός ἐστιν ὁ
θυρωρὸς πάππος· ὡς ἂν εἴποι καπφῶ, τὰ μὲν
ἄλλα σώφρων καὶ μέτριος γὰρ τῷ καθ' ἑαυτὸν
βίῳ γνώμενος, ἀλλ' ὑπὲρ δυγενείας ἀμυ
σθητῶν κέκροπι διεξελεσε. τοῦτο τὸ πλέον
ἢ κέκροπος τῆς θυγατρισμοῦ, ὁ θεῖος ἡρώης
καὶ θυρωρὸς, εἰς σωσίας καὶ τυβίσς ἀπέδυτο.
πλὴν εἰ μή τι λέγουσιν, ὅσοι μὴ τὸν νυμφίον ἡ-
μῖν μηδόθεν ἀρσεμνιοῦσι, γνήσιον ὀλοῦσες
αὐτὸν ἀπὸ τοῦ γὰρ φάμιλιαίδης ἡ γὰρ λαΐς, ἔφη
τις

σιν, ὅσον ἀφοσιώσασθαι τοῦ μετὰ σώματος
βίου, καὶ τοῦ πολίτης γεγονέναι πόλεως,
πῶς ἀρκέσω μερίμναις ἐχούσαις συνέ-
χειαν; ἢ πῶς, ἐμαυτὸν ὠθῶν δοὺς ὄχλῳ πρα-
γμάτων, ἔτι προσβαλῶ τοῖς νοῦ κάλλεσιν, ἃ
μόνης ἐστὶ καρποῦσθαι τῆς μακαρίας σχολῆς.
ἧς χωρίς, ἐμοὶ καὶ τοῖς ὁμοίοις ἐμοί, ἅπας ὁ
βίος ἀβίωτος. ἐγὼ μὲν οὐκ ἂν εἰδείην, τῷ
θεῷ δὲ φασὶ πάντα δυνατὰ καὶ τὰ ἀδύ-
νατα. αὐτοί τε οὖν ὑπὲρ ἐμοῦ χεῖρας ἱκέ-
τιδας ἄρα τε πρὸς θεόν. καὶ τῷ, τε ἐν ἄστει
δήμῳ, καὶ ὅσοι κατ' ἀγρὸς ἢ κωμητικὰς ἐκ-
κλησίας αὐλίζοντες, τὰς ὑπὲρ ὑμῶν εὐχὰς
καὶ κοινῇ καὶ καθ' ἕνα πᾶσι παρεγγυήσα-
τε. εἰ γὰρ μὴ δρῆμος ἀπολειφθείην θεοῦ, τότε
γνώ-

stis: sed diuinũ utiq; fuit, & illud, (quod utinam nunquã factum esset) & quod modò factũ est. Porrò multas ego mortes, pro hoc ministerio elegissem. Neq; enim conuenire mihi huius negocij ornamentum sum arbitratus. Deo autem mihi imponente, non id quod petij, sed quod uoluit, precor huius uitæ tributorem, ut tributæ etiam sit præfectus. Nam qui iuuentutem in philosophiæ studio contriuerim, in' que rerum existentium speculatione ab omnibus absoluta curis, in' que curis eatenus uersatus sim, quatenus debita corporali uitæ persoluerem, ciui' que ciuitatis, quomodo sufficere potero continuis sollicitudinibus? Aut quum me permisero negociorum turbæ, quomodo amplius me applicabo mentis pulchritudini, cuius fructu solum fruitur beatum ocium, sine quo mihi meiq; similibus, quæuis uita, uita non est? Ego sanè haud scirem, Deo uerò (ut aiunt) omnia sunt possibilia, etiam ea quæ sunt impossibilia. Vos igitur & ipsi pro me supplices ad Deum tollite manus, populo' que in urbe, & quicunque ruri, in' que uicanis ecclesiis habitant, preces pro nobis tam publicè quàm priuatim, ut faciant, denunciate. Nam si non à Deo deserar, tunc

γνώσομαι τὴν ἱερωσύνην, οὐκ ἀπόβασιν οὖσαν φιλοσοφίας, ἀλλ' ἐπανάβασιν.

Κυρίλλῳ. ιϛ

Ἰοὶ πρὰ τῆς μητέρα τὴν ἐκκλησίαν ἀδελφὲ κύριλλε, ἧς οὐκ ἀπεκόπης, ἀλλ' εἰς καιρὸν ἐχωρίσθης. ὃ καὶ ταῖς τῶν ἁμαρτημάτων ἀξίαις διώρισαι. δοκῶ γὰρ εἰδιγέναι σαφῶς, ὅτι τοῦτ' ἂν πάλαι καὶ ὁ κοινὸς ἡμῶν πατὴρ ὁ τῆς ὁσίας μνήμης ἐποίησεν, εἰ μὴ τὸ χρεὼν ἔφθασε. τὸ γὰρ ἐν μέτρῳ τάξαι τὴν τιμωρίαν, γνώμης ἦν εὐθὺς ὑπισχνουμένης συγγνώμην. αὐτὸν οὖν ἐκεῖνον ἐν ὁσίον ἱερέα, νόμιζέ σοι δεδωκέναι τὴν κάθοδον. καὶ πρόσελθε τῷ θεῷ καθαρευούσῃ πάθους ψυχῇ, καὶ ἀμνησίαν ἐχούσῃ κακῶν· ἀλλὰ καὶ διὰ πάσης εὐφήμου μνήμης ἄγε τὸν ἱερὸν ἐκεῖνον καὶ θεοφιλῆ πρεσβύτην, τὸν ἀπρδείξαντά σε πρόεδρον δήμου, πάντως σοι καὶ οὐδὲν οὐκ ἀπρθύμιον.

Γέτρῳ πρεσβυτέρῳ, ιγ

Θεὸς ἡγείσθω παντὸς ἔργου καὶ λόγου. ἐν δὲ διακομιστὴν τῶν πανηγυρικῶν γραμμῶν, ἃ καταγγέλλει τῆς κυρίαν τῆς ἑορτῆς ἡμέραν, ἐννεακαιδεκάτην τοῦ φαρμουθὶ μηνὸς, ὡς τῆς ὠθὶ ταύτην ἀγούσης νυκτὸς,

τὸ ἀνα-

cognoscam sacerdotium non esse discessum à philosophia, sed accessum. Valete.

Cyrillo. 12

Reditū ei ad ecclesiā concedit.

VAde ad matrem ecclesiam, frater Cyrille, à qua non abscissus es, sed ad tempus separatus, quod delictorum meritis præfinitum est. Videor enim mihi clarè scire, quòd hoc iam pridem & communis noster pater sanctæ memoriæ, fecisset, si non fatum anteuertisset. Nam statuere pœnam certa mensura, animi fuit statim ueniam pollicentis. Illum ipsum igitur sanctum sacerdotem existimato tibi reditum dedisse: & accedo ad Deum purgata affectibus anima, obliuionemque habente malorum. Quin & ubique laudibus efferto sacrum illum Deoque charum senem, qui te constituit populi præsidem. Omnino & hoc tibi non odiosum est. Vale.

Petro presbytero. 13

Tabellariū cōmendat, de suo sacerdotio monet.

DEus dux sit omnis operis & sermonis. Allatorem publicarum literarum, quæ annunciant fixam festi diem, decimam nonam †Pharmuthi mensis, quòd nox hanc præcedēs,

† Pharmuthi.) Aegyptijs dicitur mensis, qui nostro respondet Aprili.

τὸ αὐτάρκεσιμον ἐχόσης μηδέποτε, ἐδ' ὅτῳ καὶ πλουσίοντα μὴ ἐπαισιόντα, φιλανθρωπίας ἀπάσης ἀξιώσατε. μὴ ἀμοιβῆ ζώων ἐφ' ἑκάστοτε ᾠεμψατε. ὅσις ὑπὲρ τοῦ μὴ γηνέσθαι ταῖς ἐκκλησίαις ἔλλιπες ἐθῶ ἀεχαῖον μὴ πάτριον, μέθις ἑαυτὸν τοῖς θεῶν πολεμίοις ὅπλοις ἐπέδωκεν, ὑπουσᾶς ὁδιπερῆσαι ἀλλ' ὑποπτα ἢ χώρας. τοῦτο μὴ τοιοῦτο τῶν πόλιν ὑπὲρ ἡμῶν βύχεσθαι. δεῖ γὰρ αὐτὸν φῶτα δύθρον ἥδιστ' ἢ τῆς ἐφ' ἡμῖν ἀβελίας ἀπαλλάξαι, δ' ἐξαθαι, ἢ πῆς ἐκάλουσεν εἰς ἱερωσυνίαν, ὀχ ὡς παῤῥησίας τίς ὅτι πρὸς θεόν, ὅλου δήμου δ' αὐτὸν πρόσυξαθαι, ἀλλ' ὅσις αὐτὸς ὑπὲρ τοῦ σωθῆναι, δεῖται γενέσθαι δημαίτητος, ἐπεὶ καὶ τ' φθάδε σωτόδε. πλῆθος δὲ συχνῶν ἱερέων, σωτυχία τῆς λῶν, λῶν ὁ νεὼ καιρὸς ἤθροισεν, ὧν θεμιτόν μοι γράψαι πρὸς ὑμᾶς. εἰ δ' μηδὲν ἔχομεν εἰπεῖν, οἷον ἀκόσειν εἰώθατε, συγχνώμη μοι τοῦτο. ἔγκλημα δ' ὑμῖν ὅτι τ' ὀκ εἰδότα τὰ λόγια τ' θεοῦ, θεῶν εἰδότων ἀνθέλεσθε.

Ανυσίῳ. ιΔ

Οὕτως ἀμαύρωσι γονοῦσι παῖδες. ἀπέχω τ' χάειν. καρνᾶς ἱκέτης μεγέγονεν. ὃ τῶν ἱκοδυίαν ὁ θεός, αὐλισιμωτόραν

resurrectionis (Dominicæ) habeat mysteriũ, hunc istuc profectum & redeuntem omni dignemini humanitate, iumentorum que mutatione in utramque partem mittite. qui ne uetus ac patria consuetudo ecclesias deficeret, in media semet hostium arma tradidit, sustinens iter facere per suspectam regionem. Hæc curato, & persuade ecclesiæ, ut pro nobis precetur. Nam oportet eam hinc iam temeritatis in nobis admissæ, sensum capere, quæ uocauit ad sacerdotium: non eum cui aliqua fiducia sit apud Deũ pro toto populo precandi, sed qui ipse, ut saluus fiat, populo deprecatore habeat opus. Quoniam & congregatæ hic synodi (fuit autem multitudo multorum sacerdotum) interpellatio quædam erat, quam præsens tempus collegit, affectanti mihi scribere ad uos. Si uerò nihil potui dicere, qualia audire soliti estis, in hoc mihi uenia debetur. Vestrum autem crimen est, quòd nescientẽ eloquia Dei pro scientibus elegeritis. Vale.

Anysio. 14

SIc pueri suppetias ferunt parentibus. Recepi beneficium. Carnas supplex mihi factus est, cuius supplicationem Deus uenerabi-

Carnæ supplicationẽ probat. Suprà epist. 6.

τέραν ἐποίησε. ποῦ γὰρ ἱερέως, εἰς ἰδίαν ὑπόθεσιν περιδεῖν ἀγώγιμον ἄνθρωπον γνωρίμοις ἡμέραις. ὅστις οὖν ἦγεν αὐτὸν, οὐκ ἀφῆκεν, ἀλλ' ἀφηρέθη τὸν ἄνθρωπον. ἂν οὖν ὑπὲρ τοῦ βεβιάσθαι σοι δῶ δίκην, περιέστημεν ἡμεῖς, εἰς τὸ τοῖς μὲν ἠδικηκόσι γενέσθαι φιλάνθρωποι· αὐτοὺς δὲ τοὺς οὐδὲν ἀδικοῦντας, ἠδικηκέναι.

Τῇ φιλοσόφῳ. ιε

Οὕτω πάνυ πέπραγα πονήρως, ὥστε ὑδροσκοπίου μοι δεῖ, ἐπίταξον αὐτὸ χαλκευθῆναί τε καὶ συνωνηθῆναι. σωλὴν ἐστι κυλινδρικὸς, αὐλοῦ καὶ σχῆμα καὶ μέγεθος ἔχων. οὗτος ἐπί τινος εὐθείας δέχεται τὰς κατατομὰς αἷς τῶν ὑδάτων τὴν ῥοπὴν ἐξετάζομεν. ὑπὸ πωματίζει γὰρ αὐτὸν ἐκ θατέρου κῶνος κατὰ θέσιν ἴσην ἐγκείμενος, ὡς εἶναι κοινὴν βάσιν ἀμφοῖν τοῦ κώνου τε καὶ τοῦ σωλῆνος, αὐτὸ δὴ τοῦτό ἐστι τὸ βαρύλλιον. ὅταν οὖν εἰς ὕδωρ καθῆς τὸν αὐλὸν, ὀρθὸς ἑστήξει, καὶ πρέξει σοι τὰς κατατομὰς ἀριθμεῖν. αἱ δὲ, τῇ ῥητῆς εἰσὶ γνωρίσματα.

Τῇ

liorem reddidit. Vbi enim sacerdotis est, in propria controuersia despicere obnoxiũ hominẽ in diebus ieiunij? Quicunque igitur eum in ius traxit, non dimisit hominem, sed eo spoliatus est. Proinde, si pro eo quod uim fecit, tibi pœnas dederit, eo redacti nos sumus, ut ijs qui iniuriam fecerunt, fiamus humani: ipsos autem qui nullam faciunt iniuriam, iniuriam putemus feciße. Vale.

Philosophæ. 15

Constructionẽ hydroscopij docet. puto horas eo examinari solitas

ITa prorsus mala fortuna usus sum, ut hydroscopio mihi opus sit. Præcipe ut illud fabricetur ac coematur. Canalis est cylindricus, tibiæ & figuram & magnitudinem habens. Hic super recta quadam linea recipit sectiones, quibus aquarum inclinationem examinamus. Obturat enim illum ex altera parte conus secundum æqualem positionem insertus, ut communis sit ambobus basis coniq; & canalis. Hoc ipsum uerò est Baryllion. Quum igitur in aquam demiseris tibiam, recta stabit, præbebitq; tibi ut sectiones numerare possis. Hæ autem sunt certæ cuiusdam indicia.

Vale.

Τῇ αὐτῇ. 15

Κλινοπετὴς ὑπηγόρευσα τῆς ὠδιστολήμ-
ην ὑγιαίνουσα κομίσαιο μῆτερ καὶ ἀ-
δελφὴ καὶ διδάσκαλε. καὶ διὰ πάντων τό-
των εὐεργετικὴ, καὶ ἅπαν ὅ, τι τίμιον καὶ πρᾶ-
γμα καὶ ὄνομα. ἐμοὶ δὲ τὰ τῆς σωματικῆς ἀσθε-
νείας, ψυχικῆς αἰτίας ἐξῆπται. κατὰ μικρόν
με δαπανᾶ τῶν ἀπελθόντων ἡ μνήμη. μέ-
χρις ἐκείνου ζῆν ἄξιον συνέσιον, μέχρις ἦν
ἄπειρος τῶν τοῦ βίου κακῶν. εἶτα ὥσπερ ῥεῦ-
μα ὠδιεχεθὲν, ἀθρόον ἐρρύη. καὶ μετέβαλεν
ἡ γλυκύτης τοῦ βίου. παυσαίμην ἢ ζῶν, ἢ
μεμνημένος τῶν ἡγέων τοῦ τάφου. σὺ δὲ αὐτή
γε ὑγιαίνοις καὶ ἄσπασαι σοῦ μακαρίους ἑ-
ταίρους, ἀκὴ τοῦ πατρὸς θεοτέκνου, καὶ ἀκὴ τοῦ
ἀδελφοῦ ἀθανασίου ἀρξαμένη, πάντας ἑξῆς.
καὶ εἴ τις αὐτοῖς προσγέγονεν, ὡς εἶναί σοι κα-
ταθύμιος, ἐμὲ δὲ δεῖ χάριν ὀφείλειν αὐτῷ
διότι σοι καταθύμιός ἐστι, καὶ ἀκεῖνον ὡς φί-
λον φίλτατον ἄσπασαι πρὸς ἐμοῦ. τῶν ἐμῶν
εἴ τι σοι μέλει, καλῶς ποιεῖς· καὶ εἰ μὴ μέλει,
οὐδὲ ἐμοὶ τούτου μέλει.

Ἡλιοδώρῳ. 16

Πολλὰ κἀγαθὰ γένοιτο τῷ δεῖνι, δι'
εὐφήμου μνήμης τῆς σὴν ἄγοντι σεμνοπρέ-
πειαν,

Eidem. 16

IN lecto decumbens dictaui hanc epistolam, quam utinam sana accipias mater & soror atque doctrix, per quæ hæc omnia ad benefaciendum prompta, & quæcunque res uel nomen preciosum est. Porrò corporalis mihi infirmitas, ex causa animali incensa est. Paulatim me absumit præteritorum memoria. Eousque Synesium uiuere dignum fuit, donec inexpertus erat malorum uitæ. At infortunium, tanquam flumen retentum, densè incubuit, uitæq; dulcedo immutata est. Vtinam desinerem aut uiuere, aut meminisse sepulchri filiorum. Tu uerò ipsa sana sis, ac saluta beatos sodales, initio facto à patre Theotecno, á que fratre Athanasio, atque deinceps omnes. Et si quis illis adiunctus est, ut tibi sit gratus, etiam illum, ut charissimum amicum saluta meo nomine. Meas res si quid curas, bene facis: & si non curas, neque ego id curo. De sua ægritudine: salutatoria.

Heliodoro. 17

MVlta & bona obtingãt * illi, qui tuam magnificentiam laudibus effert, quiq; omnium Laudatoria.

* illi,) Αὐτῷ, certum quendam designat, cuius nomen tamen non exprimit.

πειαν, καὶ τὰς ἁπανταχῆ ἀκοὰς ἐμπεπλη-
κότα τῆς ἐπαίνου τῆς σῆς, ὀφειλομένου τῇ
χρυσῇ σου κεφαλῇ, καὶ γλώττῃ. πλὴν ἀλ-
λὰ πρὸς τοσάσδε ἀρδόμενος τῇ χάριτι βλύ-
ζομαι. αὐτοδυφημεῖται γὰρ τὸ μυείσθαι
ὅσων θεῶν ὄργιά σοι, οἷς ἅπασιν ἐγὼ τῶν
προτέρων ἀμυήτοις, μᾶλλον δὲ οὐκ ἀμ-
φιβλήτως. συγχωρῶσι γὰρ ἅπαντες.

Τῷ ἀδελφῷ. μα

Ο δεῖνα βαλβὶς μὲν ὅτι πόλεως,
οὐκ οἶδ᾽ ὅπως παῖδας ἐγγυήσασθαι. τὸ
που οὖν τινα πάντας ἀλεξανδρέας ὡς πο-
λίτας ὑφ᾽ ἡμῶν τιμᾶσθαι καὶ ὁρᾶσθαι πρὸς
καιρὸν ἦν, ἵνα ἀρχὴ συγχύσεως τε εἴη καὶ
εἰς θεοπλόρου σφόδρα μὲν μνήμης ἡμῖν
ἀνδρὸς γενομένου, οὐ μὴν ἀμελεῖσθαι ἀ-
ξίου πρὸς τῶν τῇδε τὰ πρῶτα ἐχόντων γε τῷ
πολιτεύεσθαι. ὅτοί μοι πρεσβύγαγον αὐτὸν
χρυσίον ὡς ὑμᾶς, νομίσαντες ἁπανταχοῦ κομί-
ζοντα. καὶ ἐδεήθησαν ἐμοῖς ἐφοδίοις χρῆσ-
θαι, πρὸς ὑμᾶς πέμψαι· ἡ δὲ μέλλοι πάν-
τα καλῶς ἕξειν αὐτοῖς, τυχόντι παρ᾽ ἐ-
μοῦ σοί τε καὶ τοῖς δεῖνι συσταθῆναι. ἐγὼ μὲν
οὖν ὅπερ ἠπίσαντο ἐποίησα· εἰ δὲ μὴ ματαίως,
ὑμεῖς δείξετε.

Ηρώ-

omnium aures impleuit laudibus tuis, multum debens aureæ tuæ animæ ac linguæ. Verùm confestim illi retulisti gratiam honorificæ laudis. Nam uicissim à sexcentis bene audit tuis amatoribus, cum quibus omnibus ego de primis partibus contendo, imò non contendo. Concedunt enim eas mihi omnes. Vale.

Fratri suo. 18

Commendatoria.

ILle, senator est ciuitatis, in qua pueros genui. Quodam igitur modo omnes Alexandrinos ut ciues, à nobis honorari atque conspici conuenit. Cæterùm huic obtigit, ut cognatus sit Theodori beatæ memoriæ uiri, cuius ualde nos mentionem facimus, ut'que sit indignus, qui ulla in re contemnatur ab ijs qui in hac ciuitate primatum in republica obtinent. Hi mihi eum adduxerunt, aurum ad uos, stipendium militibus, portantem: rogauerunt'que, ut meis insinuatricibus literis ad uos mitterem: existimantes omnia* illi rectè habitura, si sit consecutus, ut à me tibi atque illi commendetur. Ego sanè quod petierunt, præstiti: an autem non frustra, id uos ostendetis. Vale.

Ille.] Λέανα, certum notat.

*illi.) Λέοντι, certũ quendam intelligit.

Hero-

Ηρώδη καὶ μαρτυρίῳ. ιθ

Οὐκ ἐν αἰτίᾳ μοι δοκῶ πεποιῆσθαι τὴν κοινωνίαν τῆς ὠθιστολῆς· ἀλλ' εἰ διῴκισα γράμμασι οὐδὲ συνημμένους τῇ γνώμῃ, οὐκ ἂν ἦν τὸ ὑπαίτιον. προσείρησθε δὴ θαυμάσιοι. καὶ τὸν ὠθιδιδόντα τὴν ὠθιστολὴν, ὃς ὠθὶ χρυσίου διακομιδῆ παρ' ὑμᾶς ἐστάλη δημοσίαν ὁδὸν, θάλψατε τὸν γνόντα τρόπον, ἐπειδή μοι παρὰ παντὸς συνέστη τοῦ βουλευτηρίου. καὶ βουλοίμην μὲν ἀγαθοῦ τινος αἴτιος αὐτῷ γενέσθαι. οὐ μὴν οἶδα ὅτι μᾶλλον ὑμῶν ἑτέροις μέλειν ἄξιον ἡμῶν τε καὶ ὧν ἂν ἡμεῖς ἐπιβάλλωμεν.

Διογένει. κ

Εως ἔτι περιῆν ὁ μακαρίτης θεόδωρος, κοινὸς μὲν ἦν ἁπάντων πενταπολιτῶν πρόξενος. διαφερόντως δὲ οὐδὲ ἡμετέρους γονέας ἐζήρτητο, τῇ, τε εἰς ἅπαντα σπουδῇ καὶ τῇ τῆς γλώττης εὐστομίᾳ, καὶ χαρίτι. τῶν οὖν πρὸς ἐκείνῳ πολλῶν καὶ ἡδίστων, εἰς ἀμμώνιον τὸν ἀνεψιὸν τὴν χάριν ἀπομνημονεύσωμεν. ἐγὼ μὲν οὖν τοὐμὸν μέρος, ἀπέτισα. τί δὲ ἦν ἀπόντος ἔργον, ἢ τοῖς πρᾶσι τὴν ἄνδρα συστῆσαι. τὸ δὲ μὴ

βαρεῖαν

Herodi ac Martyrio. 19

NOn mihi uideor crimen incurrisse, ob epistolæ communionem: sed si literis separassem animis copulatos, hoc crimini uerti posset. Salutati uerò sitis, ô admirandi, eumq; qui reddidit epistolam, qui ob allationem auri ad uos publicam uiam missus est, fouete quo potestis modo, quandoquidem mihi à toto senatu commendatus est. Et uellem sanè alicuius boni illi autor fieri. Quanquam noui, quòd magis par sit, ut alij uestri curam gerant, nostriq; & eorum, ad quos pertineamus. Valete. Commendatoria.

Diogeni. 20

DVm superstes erat beatæ memoriæ Theodorus, communis quidem erat omnium Pentapolitanorum hospes, eximiè autem nostros sibi parentes applicauerat, cùm singulari in omnibus studio, tum linguæ affabilitate ac gratia. Multorum igitur ac iucundissimorum factorum, quæ ab illo percepimus, gratiam referamus, memores Ammonio illius consobrino. Equidem pro mea parte retuli, (quod autem erat absentis officium aliud, quàm præsentibus uirum commendare?) Vt autem non Item.

grauis

βαρεῖαν αὐτοῦ τὴν αὐτόθι γενέσθαι διατρι-
βὴν, ὑμέτερον ἔργον.

Τῷ ἡγεμόνι. κα

Εἰ τοῦ θεοδώρου μνήμη παρὰ τῇ σεμνο-
πρεπείᾳ τῇ σῇ, πῶς δὲ οὐ μέλλει; χά-
ρισαι τοῖς εἰς τὸν ἀπελθόντα καθήκουσι,
τὴν εἰς τὸν ἀνεψιὸν τὸν ἐκείνου τιμήν. καὶ
γὰρ ἄνδρα ἀγαθὸν εὖ πεποιηκὼς ἔσῃ, καὶ
τοῦ τῆς μεγάλης ἀλεξανδρείας βουλευτη-
ρίῳ χαρισάμενος, ὡς ἀθρόοι γενόμενοι, πρὸ
Σαγηόχασιν ἐμοὶ τὸν ἄνδρα. καὶ ἐδεήθη-
σαν ὄνασθαί τι τῶν ἡμετέρων γραμμάτων.
ἐὰν μὲν οὖν δοῦναι τὰς ὑπὲρ στολὰς, ἡμέτερον
ἦν· τὸ δὲ εἰς ὄνησιν αὐτοῦ γενέσθαι, παρ'
ὑμῶν ἀθιζητεῖται.

Αναστασίῳ. κβ

Ἥσθην· ἀλλὰ πῶς οἴει; πάνυ μὲν οὖν
ἀπὸ βαθείας τῆς γνώμης ἥσθην, μα-
θὼν τὰ χρυσᾶ παιδία τῇ τοῦ βασιλέως φω-
νῇ νόμῳ σοι παιδία γενόμενα· μάλιστα μὲν
ὅτι σε φιλῶ. τίνα γὰρ ἂν δικαιότερον; εἶτ'
ὅτι πονηροὺς ἀνθρώπους μισῶ, ὧν τὰς ἐν
σκότῳ καὶ γωνίαις ἐλπίδας, ἡ χρη-
στὴ τύχη τῶν παιδίων ὑ-
πετέμετο.

Διο-

grauis illi sit isthic conuersatio, uestrum est of ficium. Vale.

Præfecto. 21

Eiusdem argumenti.

SI qua Theodori apud magnificentiam tuam memoria supereſt (quomodo autem non supereſſet?) largire amicis illius qui ex hac uita diſceſsit, ut honorem illius conferas consobrino. Nam & bonum uirum beneficio affeceris, magnæque Alexandriæ senatui gratificatus eris, qui simul collecti adduxerunt mihi uirum, rogauerunt que, iuuaremus eum aliquid noſtris literis. Proinde dare illi quidem epiſtolas, noſtrum fuit: ut autem illi prosint, à uobis requiritur. Vale.

Anaſtaſio. 22

Gratulatoria.

LAetatus sum. Sed quomodo putas? Prorſus equidem ex intimo animo lætatus sum, quum cognouiſſem, aureos pueros regis uoce atque lege, tibi pueros factos: præcipuè quidem quòd te amem. Quem enim iuſtius? Deinde quòd sceleſtos homines oderim, quorum in tenebris angulisque spes, benigna puerorum præcedit fortuna. Vale.

Διογένει. κγ

Τοιοῦτόν ἐστιν ἡ σύρων τρυφή. καὶ συγγενῶν καὶ φίλων ὠθιλήσμονας ἀποδείκνυσι. μὴν δὲ οὗτοσὶ πέμπτος, ἀφ' οὗ γράμμασιν ἡμᾶς οὐκ ἠσπάσω. καὶ ταῦτα δούσης σοι τῆς φύσεως οὐ μόνον πρὸς χρείαν, ἀλλὰ καὶ πρὸς γνῶθεξιν καὶ φιλοτιμίαν ὑπαγορεύειν ὑπηρετολὰς· ἀλλ' ἂν αὐτὸς ὑγιαίνοις, καὶ τὰ χρυσᾶ παιδία, καὶ ἡ καλλίπαις μήτηρ αὐτῶν, ἡμῖν καὶ οὗτοι ἅλις ἔχει.

Σιμπλικίᾳ. κδ

Ἔδει μέν τοι ταῖς τύχαις τὰς γνώμας μὴ συνεξαίρεσθαι· μηδὲ τὸ μεμνῆσθαι τῶν παλαιφίλων, ἔλαττον ἡγεῖσθαι τῆς παρούσης ἀξίας. σὺ δὲ ἡμῶν ὠθιλήσμων ἐγένου χρόνον συχνοῦ. χρῆν δὲ οὐχί, καί τοι σφοδρᾶς συναψάσης ἡμᾶς ἀλλήλοις.

Ηλιοδώρῳ. κε

Ἐμοὶ μὲν συμπρόεισι τοῖς γνιαυτοῖς, καὶ ἡ τοῦ φίλτρου προσθήκη. σὺ δὲ εἰ μὲν ὁμοίως ἔχων, οὐκ ἄγεις σχολὴν ὑπὸ τοῦ τῶν πραγμάτων ὄχλου γράμμασι τιμᾶν, ὡς εἰκός, ἅπαξ ποτὲ, καὶ οὐ εἰκὸς, κλέψας σαυτὸν ἀπὸ τῶν δημοσίων χρόνον ὅσον ἀρκέσαι

πρὸς

Diogeni. 23

Silentium obijcit.

HIuiusmodi res est, Syrorum luxuries. Et cognatorum & amicorum obliuiosos reddit. Mensis enim hic quintus est, ex quo nos literis non salutasti: idque, quum tibi natura dederit, ut non solum ad necessitatem, uerum etiam ad ostentationem ambitionem que dictare possis epistolas. Sed si ipse uales & aurei pueri, pulchrorum que liberorum mater, nobis & hoc sufficit. Vale.

Simplicio. 24

Neglectam amicitiam culpat.

OPortebat equidem, non simul cum fortuna & animum sibi pati eripi, neque memoriam ueterum amicorum minoris æstimare præsenti dignitate. Porrò tu iam multùm temporis nostri oblitus es. At non conueniebat, & quidem quum nos inuicem ista dignitas uehementer alterum alteri coniunxisset. Vale.

Heliodoro. 25

Intermissionem literarũ reprehendit.

MIhi quidem procedit cum annis & philtri auctarium: tu uerò, si quidem similiter affectus, non agis ocium à negociorum turbis, ut literis honores, ut par est, semel aliquando, & quos par est, furatus temetipsum à publicis tantum temporis, quantum sufficiat

πρὸς μέτρον ὑπερολῆς, αὐτὸ τοῦτο μηνύσω. εἰ δὲ ἀπρινώσκεις ἀληθευομένην κατὰ τοῦ τῆς ὑποψίαν τῆς λήθης, διόρθωσαι μετανοίᾳ, καὶ σαυτὸν ἡμῖν ἐπαναγαγε.

Τρωίλῳ. κτ

Ἀλλ' εἰ μήτε κυρηναῖοι, μήθ' αἱ πόλεις ἀστυγειτόνων ἀποτίσουσί σοι χαρίν ἀξίαν, ἀνθ' ὧν ὁ θαυμάσιος ἀνάστασιος αὐταῖς γράφει, πάντως γε ἡ τοῦ θεοῦ σοι προσέσται χάρις, ᾧ σαυτὸν οἰκειοῖς τῇ κοινωνίᾳ τῆς εὐεργετικῆς προαιρέσεως. εὐδαιμονοίης ἄριστε φιλοσοφων. οὕτω γὰρ ἐμοί σε φίλον καλεῖν, ὥσπερ ὑπαγορεύει τὰ πράγματα.

Κώνσταντι. κζ

Εἰ δὲ φιλοσοφίας τιμᾶς ἀρετὴν, οὐ μόνον ἐν παροῦσι τοῖς μετασχοῦσιν αὐτῆς, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς ἀποῦσι τιμήσεις· ὁ δὲ θεσπέσιος Αμμωτιανὸς ὁ παρ' ἡμῖν ποτε τυχὼν ἀμείνονος λήξεως, ἐμοὶ δοκεῖ πάρεστι καὶ ἀπεῖναι δοκῶν. τούτου συγγενῆ σφόδρα αὐτανέψιον, ὁ παρ' ὑμῖν σωτήριχος ἀδικεῖ. δεῖξον ὅτι κήδη διονυσίου, καὶ πέπαυτο σωτήριχος ἀδικῶν.

Σιμ-

ad epistolæ mensuram, hoc ipsum significa. Sin autem agnoscis ueram esse obliuionis aduersum te suspicionem, corrige eam pœnitẽtia, atque temetipsum nobis reducito. Vale.

Troilo.

26 Gratiarum actio. Troilus fuit sophista Constantinopoli, cuius consilio præfectus Anthemius ualde utebatur. Hist. Trip. lib. 11. cap. 1.

AT si neque Cyrenenses, neque uicinæ ciuitates tibi dignam referent gratiam, pro ijs de quibus illis admirandus scribit Anastasius, omnino certè Dei tibi aderit gratia, cui te concilias beneficij proposíti societate. Beatus sis philosoporum optime. Sic enim mihi lubet te appellare, quemadmodum res ipsæ dictant. Vale.

Constanti.

27 Caium Amyntiani ei commendat.

SI philosophiæ uirtutem honoras, non solum in præsentibus eius participibus eam, sed etiam in absentibus honorabis. Porrò magnus Amyntianus, qui apud nos aliquando meliorem sortem nactus est, mihi uidetur adesse, etiam si abesse uideatur. Huius cognatum admodum, patruelem, iniuria afficit Soterichus, istic qui habitat. Ostende quòd curam habeas Dionysu, & cessare fecisti Soterichum ab iniuria facienda.

Vale.

Σιμπλικίῳ. κα

Ἀφιγμαι φησὶ δεῖν ὁ θεὸς τὰ ὀφειλήμα
τα. ὀφείλει δὲ ὁ μὴ ζῆς δίκαιόν μα χρη-
στόν. ὁ δὲ, τὸ δίκαιον, δίκλω· καὶ ὁ τοῦ λαβεῖν
ὧν δίκλω ὑποδικλῶν, ἔοικε τῷ θεῷ.

Γρηγορίῳ αὐγουσταλίῳ. κβ

Τοῦ πρὸ ἡμῶν ὄχλου ἕνεκα τῶν πραγμάτων,
αὐτὸς σὺ σαυτὸν ἀπίθι. Φιλοπαθεῖς
γὰρ πᾶσι γνώσθαι καταφανὴς, ὅπου μὲ δίκ
παύσης ἐγγὺς τιμῆς, ὅπασι τοῖς καπνο-
νεμῶσιν ἐπ' ἐμὲ τὸν δρόμον αὐξήσας. οἶδ'
ὃν ὅπως ποιήσεις, εἰ δεῖ ποτε παῦσαι
κἀμὲ κοπρόμβῳ ἔοικότα πολλῶν μὴ σὲ τῶν πολ-
λῶν ἔοικε· εἰ μὴ παύσῃ δεῖν μεδίων μὴ φι
λανθρώπων ὥσπερ ὃ γράφω, μὴ τυχεῖν ὅσων
ἀξιώτατος ὢς ἅπαντες ἴσασιν, ἀπολυχανέ
τω σε μηδὲν ἧττον, ἢ εἰ παμπόνηρός γε ὢν, μὴ
παμπονήρων ἐδείσθη πραγμάτων. τοῦτό γε δὴν μὴ
ὅταν ἀφίκωμαι πρὸς σὲ δίκαιθεν αἰτιασόμενος,
πρόσεχε τοῖς ἔοικόσιν, ὧν ζυγῶσαί μοι
μὴ τὰ πρόσωπα τὰς θύρας. ἀλλ' ὅτι γρύ-
πνον, οἱ μὲν ἴσασιν· οἱ δὲ, τῷ ἰδόντων ἀ-
κούσωσι, τοὐντεῦθεν ἐγὼ καὶ σὺ βαθεῖαν
εἰρήνην ἄξομεν. ὡς οὐδεὶς ἔτι πολιτὸ
πρόσωπον ἀμεῖται μοι μὴ προσανακλαύσας. εἰ
δὲ

Simplicio. 28

REmittere iubet Deus debita. Debet autem unusquispiam aurum mutuò acceptum: alius, dare pœnas. Quare & qui negligit sumere pœnas, obediuit Deo. Vale.

Remittere iniuriam iubet.

Pentadio Augustalio. 29

QVòd obturbamus, tibí que negocia exhibemus, tibi ipsi culpam causam'que imputa. Nam quum contendisses omnibus fieri conspicuus, quòd me omni honore dignareris, omnibus oppressis cursum ad me aperuisti. Scis igitur quid facias, si oportet aliquando & me liberari, ne pulser à multis: & te, ne à me pulseris pro multis, etiam si mediocria atque humana prorsus roget iste, pro quo scribo: dignissimus que sit, qui consequatur, ut omnes sciunt: repulsam tamen ferat abs te non minus, quàm si scelestissimus esset, scelestissimas'que rogasset res. Hoc igitur facito, & quum uenero ad te quasi expostulaturus, præcipe ministris, ut ante faciem mihi fores claudant. Hoc factum si partim uiderint, partim ex ijs qui uiderunt, audierint, inde ego & tu profundam agemus pacem, quòd nemo amplius in posterum mihi accursurus sit ac apploraturus. Sin

Excusat se, quòd subinde beneficia ab ipso petentes submitteret.

δὲ ἀφροδισιαζόντες, καὶ ὅτε ἐθελήσοιτε ταῦτά σοι τοῦ αὐθρώπου συγγνῶναι, αὐέχοι πολλάκις ἡμῶν ἀγαθόν τι ποιεῖν αὐθρώπους, ἵνα τας σε γνωμένης δι' ἐμὲ τε καὶ τὸ θεῖον· ἀλλ' εὖ οἶδ' ὅτι οὐκ ἀπαγορεύσεις εὖ ποιῶν. ὅπως δὲ ἐγὼ, πρεπόντως ὑποθέσεως τῇ φύσει σε προσιόντα.

Τῷ αὐτῷ. λ

Ἐγὼ καὶ σὲ κήδομαι τοῦδε· σὺ μὲν, ὡς μὴ ἀδικοῖτο· τοῦδε δὲ σὲ, ὡς μὴ ἀδικοῖτο. εἰ δὲ μὴ σοὶ δοκεῖ μετὰ τοῦ πλάτωνος, τὸ ἀδικεῖν τοῦ ἀδικεῖσθαι μεῖζον εἶναι κακόν, ἔοικα σοὶ μᾶλλον, ἢ τῷδε χαρίζεσθαι, σκοπῶν ὑπὲρ αὐτοῦ πρακτέον δίκας ὑπὲρ ὧν ἂν ἁμαρτῇ.

Αὐρηλιανῷ. λα

Εἰσὶν εἰσὶ ψυχαὶ τοῦ πόλεως, ὥσπερ δὴ εἰσὶν ἔφοροι, θεῖαί τε καὶ δαιμόνιοι, ἃς χάριν ἡγοῦσι χαρίεν εἰδέναι, μὴ ἀχαριστεῖν τοῦ ἀγαθῶν ὧν ὑπὸ τοῦ μεγάλης ἀρχῆς ἅπασιν ἔθνεσιν αἴτιος γέγονας. αὐτάς τε οὖν ταύτας πρὸς αὖ καιρὸς ἑκάστας οἷς σοι πρέπειν σωτηρίους τε μὴ συμμάχους, μὴ τοῦ κοινοῦ θεοῦ δεῖσθαι, χρὴ δὴ σοὶ πρεπόντως ἀμοιβὰς τοῦ γνεχομένης ἐκείνης μιμήσεως. τὸ γὰρ εὖ

uerò hæc facere reformidaueris, nolueris' que hæc tibi conscire homines, sustine sæpius in die aliquid boni facere hominibus, supplicibus tibi factis per me atque Deum. Quin bene scio, quòd non defatigaberis bene faciendo: proinde ne ego quidem, decentia tuam naturam argumenta subministrando. Vale.

Eidem. 30

EGo & tui curã habeo, & huius: tui quidem, ne iniuriam facias: huius autem, ne iniuria afficiatur. Quod si & tibi uidetur cum Platone, iniuriam facere maius esse malum, quàm iniuriam pati, magis tibi uideor quàm huic gratificari, rogans pro eo, à quo pœna exigitur pro ijs in quibus non deliquit. Vale.

Monet ut ab iniuria inferenda caueat.

Aureliano. 31

SI quæ sunt ciuitatum animæ, (quemadmodum sunt præfecti) diuinæ' que ac felices, omnes putato tibi habere gratiam, bonorumq; meminisse, quorum in magno principatu omnibus gentibus autor fuisti. Has igitur ipsas, singulis temporibus putato tibi assistere aduocatas & auxiliatrices: communem' que Deum rogare, ut decens tibi fiat retributio, quòd illum, quantum fieri potuit, sis imitatus. Nam be

Laudat eũ, ob præfecturam fideliter administratam.

εὖ ποιεῖν, ἓν οὐδὲ μόνον ἔχουσι κοινὸν ὄργον ἄνθρωπος καὶ θεός. ἡ δὲ μίμησις, οἰκείωσίς ἐστι. καὶ συνάπτει πρὸς ὃ μιμεῖται τὸ μιμούμενον. διάκειται τοίνυν ὡς ἀπειργασμένος οἰκείως τῷ θεῷ, τῇ κοινωνίᾳ τῆς εὐεργετικῆς προαιρέσεως. καὶ σύνεται γλυκείαις ἐλπίσιν, ὁποῖαι τῇ τοιαύτῃ τῆς ψυχῆς διαθέσει προσήκουσιν, ὦ μεγαλοπρεπέστατε μόνος, ἢ μετ' ὀλίγων σὺ μόνος, δικαίως καλούμενε. ἀσπάζομαι διὰ τῆς σεμνοτάτης φωνῆς τοῦ πατρὸς, τὸν νέον ταῦρον, τὰς ἀγαθὰς ῥωμαίων ἐλπίδας.

λϛ

Τῷ ἀδελφῷ.

Ο Καὶ τοὔνομα δοῦλος καὶ τὴν προαίρεσιν, ὃν ἀγνοήσας, ὡς παιδοτρίβην πρὰ τῶν θεοδώρου κληρονόμων ὤνημαι, πάλαι μὲν ἐστι πονηρός. καὶ γὰρ ἔφυ καὶ τέθραπται κακῶς. καὶ ἀναγωγῆς οὐκ ἀπέτυχεν ἀξίας τῆς φύσεως, ἐκ παιδὸς ἐν τηλίᾳ καὶ κύβοις καὶ καπηλείοις καλινδηθείς. ἀλλὰ νῦν λυσίας ἂν εἶπεν, ἐξείργασται καὶ τέλος ἔχει. καὶ πέρας ἀηδίας ἐστίν. ἑρμῆ μὲν γὰρ καὶ Ηρακλεῖ, τοῖς παλαίστρας ἐφόροις, οὐδὲ κατὰ μικρὸν πρέπει. κοττυτοῖ δὲ, καὶ τοῖς ἄλλοις ἀττικοῖς κονισσαλοῖς

νεωκο-

neficentiam unam communem inter se habent, Deus & homo. Porrò imitatio, familiaritatis conciliatio est, conglutinat'que imitantem illi, quem imitatur. Proinde affectus sis, ut effectus familiaris Deo, societate benefici propositi: cohabites' que dulcibus spebus, quales tali animæ habitui conueniunt, ô magnifice solus, aut cum paucis tu solus meritò appellate. Saluto per honestissimam patris uocem iuuenem Taurũ, bonas Romanorum spes. Vale.

Fratri. 32

Sũmæ peruersitatis pædagogũ iubet ablegari.

IS qui & nomine seruus est, & proposito, quem ego ignarus, ut pædagogum à Theodori hæredibus mercatus sum, iam olim quidem fuit malus. Nam & natus est malè ac educatus, & institutione nõ frustratus est ingenio digna, à puero in alea & tesseris cauponisq; uolutatus: sed nunc (ut Lysias diceret) absolutus est, finem'que attigit, terminus'que est iniucunditatis. Mercurio quidem et Herculi, palæstræ præfectis, ne minima quidẽ ex parte congruit. * Cotyttoi autem, alijsq; Atticis dæmonibus æduum

* Cotytto.) dea est impudicorum: cuius sacra dicuntur Cotyttia apud Horatium.

νεμωρεῖ. καὶ εἰ δή τινες εἰσι τότε τοῦ νόμου ματος ἕτεροι δαίμονες, ἅπασιν αὐτοῦ μέλει. καὶ τότῳ αὐτῷ. δῆλα μὲν οὖν ἑτέραν, ὅτι ἂν λάβοιμι παῤ αὐτ. ἀρχὴν γὰρ ἡ πονηρία δίκη τῷ πονηρῷ. δικαιωθεὶς δ' ἂν πτήσεως ἐὰν συμβιοῦν φιλοσόφοις δὲ αὐτοῖς, ὧν οἰκειότητι ἀρχῇ πόθος ἔ, ἐχέτω τὴν ἔχουσαν αὐτ πόλιν. ὁ γὰρ ἱδρὼν τ πονητήριβα βουῶντα δὲ ἀγορᾶς, ὑ σεφάνῳ καὶ μύροις μεθύοντα καὶ κωμάζοντα, καὶ ψοῦσις ἀπολασίας ἐμπιπλάμενον. ὦ δὲ ἂς ἄδοντα πρεπόζας τοῦ βίῳ, ὧδε οὖν ἔχοντας αὐτὸν τ αἰτίαν ἀπάγειν. ὅπως οὖν αὐτὸν παδοῦς τῷ ναυκλήρῳ πλεῖν ἀναγκάσεις δύθυ τ γενεγκόσης αὐτὸν. ἐκείνη γὰρ ἂν αὐτ καὶ ἀνάσχοιτο δικαιότερον, πλέοντω δεδεμένος ὧδε τ καταστρώματος. μὴ δ εἰς κοίλην ναῦν καταβαίη. ἐπεὶ μὴ θαυμάσεις, εἰ συχνὰ τῶν κραμίων ἡμιδεῖ οἱ ποιήσειεν. εἰ δὲ ὁ πλοῦς παρατείνοιτο, καὶ μέχρι βουγόος ἂν ἐκφορεῖτο τ αὐθοσμίαν. καὶ οὖν ναύτας δ' ἂν αὐτὰ ταῦτα ποιεῖν ἀναπείσειεν. πῶς δ' τοῖς ἄλλοις καὶ πιθανώτατον τῷ κανόν. εἰς ἀφλαύστους, ἢ μήσασθαι. καὶ τίς ὅστις ἐμβριθὴς ὢν τ μιαρῷ πλεόντων τ θαλάττων, ὡς μὴ

ædituum gerit, & si qui sunt alij huius monetæ dæmones, omnes illius curam habent, & hic illorum. Pœnam sanè aliam non sumpserim ab eo (nam malicia sufficiens pœna est malo) probatus aũt, quòd idoneus non sit ad conuiuendũ heris philosophis, quorũ domi manentium, probrum obambulat, habeat habentem ipsum ciuitatem. Nam qui uidit meretricũ cultorem, pomposè per forum incedentem, coronã & unguentis, uinolentum ac petulantem, omni'que plenum lasciuia, & odas canentem decentes ipsius uitam, causam in illius heros contulerunt. Vt igitur illum traditum Nauclero, nauigare cogas rectà uersus ipsius patriam, (ea enim fortasse iustius eum perferret) nauiget uinctus in in superiori tabulato. Non enim in cauam nauem descendat, alioqui ne fueris admiratus, si multas tibi amphoras semiuacuas fecerit. Quod si nauigatio prolongaretur, usque ad fores etiam exsorberet uinum odoratum: persuaderet' que etiam nautis, ut hæc eadem facerent. Nam cum cæteris, malum est ad persuadendum appositissimum, ut ducem se præbeat ad uoluptatum perfruitiones. Et quis ita grauis est ex ijs qui mercede nauigant mare, ut non

exhi-

ὡς μὴ διαχυθῆναι τοῦ καθαρματος κορδακίσαντος ἐν τῇ τοῦ ποτηρίου περιφορᾷ. καὶ ἄλλα πολλὰ βωμολοχεύεται, πρὸς ἃ δεῖ πεφράχθαι τὸν ναύκληρον. ὁ μὲν οὖν ὀδυσσεὺς, ἵνα μὴ ὑφ' ἡδονῆς διαφθαρείη, τὴν σειρήνων ἀκτὴν δεδεμένος παρήμειβεν. οὗτοι δὲ, ἵνα μὴ οὐδὲ πλέοντας ἡδονῇ διαφθείρειεν, αὖ ἐκεῖνοι σωφρονῶσι, δεδήσεται.

Τῇ φιλοσόφῳ. λγ

Ἠχοῦς ἔοικα πρᾶγμα ποιεῖν, ἃς περ εἴληφα φωνὰς, αὐτιδίδωμι, τὸ θαυμαστὸν ἀλέξανδρον ἐπαινῶν πρὰ σοί.

Αὐρηλιανῷ. λδ

Οὔπω τῇ προνοίᾳ μέλει ῥωμαίων, ἀλλὰ μελήσει ποτὲ, καὶ οὐκ εἰς ἅπαν οἰκουρήσουσιν, οἱ τὰ κοινὰ σώζειν δυναμένοι, ἀλλὰ τοῦ γε ῥήτορι τῷ συντρόφῳ, καὶ ἡ προῦσά σοι δύναμις ἀρκεῖ πρὸς ὃ τυγχάνει δεόμενος. ἀπολαυέτω δὴ νῦν μὲν, αὐτὸς μόνος ταύτης. ἔπειτα μετὰ τῶν ἐθνῶν ἁπάντων, καὶ ἀκείνης.

Τῷ ἀδελφῷ. λε

Ἑτοιμωτάτην ὁδὸν ὠδὶ τὸ πλουτεῖν ἐβάδισεν ἀθανάσιος. ἔγνωκεν ὁμόσε ἰτέον εἶναι τοῖς ἀποθνήσκουσι. καὶ πρακτέον

exhilaretur, piaculo lasciuè saltante in poculi circumlatione? Etiam alia multa scurratur, ad quæ oportet Nauclerum obturatum esse. Vlisses quidem ut ne à uoluptate corrumperetur, Sirenarum littus uinctus præteriuit: hic autem, ne nauigantes uoluptate corrumpat, si illi sint temperantes, uincietur. Vale.

Philosophæ. 33

ECbus uideor officium facere. Nam quas recepi uoces, reddo, admirandum Alexandrum apud te laudans. Vale.

Aureliano. 34

NOndum prouidentia curam habet Romanorum, sed habebit aliquando, & non in omne tempus domi sedebunt, qui res communes seruare possunt. At rhetori una educato & præsens tua uis sufficit, ad id quod rogat. Fruatur ergo nunc quidem hac solus, deinde cum omnibus gentibus etiam illa. Vale. Commendatoria.

Fratri suo. 35

COmpendiosissimam ad diuitias parandas uiam ingressus est Athanasius. Statuit congrediendum esse cum morientibus, exigendumq; De Athanasio hæreditatibus inhiante.

κτέον αὐτοῦ, πειθοῖ καὶ βίᾳ πᾶν ὅ, τι ἂν δύ-
ναιτο. οὐκ ἂν οὖν αὐτὸν λάθη δημόσιος,
ὠθεῖ διαθήκη καλούμενος, ἀλλὰ συνεὶς ἅλ-
λεται.

Τῷ αὐτῷ. λϛ

ΕΚκαιδεκάτη μηνὸς ἀθὺρ, ὁ μακαρί-
της καστρίκιος, αὐτὸ τοῦτο ἐγένετο, φά-
σμα χαλεπὸν ἰδών τε, καὶ διηγησα-
μένος.

Ανυσίῳ. λζ

ΙΩάννην, ὃν ὅτι σε φιλεῖ, δι' αὐτὸ τοῦτο φι-
λῶ, νόσῳ χαλεπῇ προσεπάλαισεν. ἦν
δὲ αὐτοῦ δεινὸν, οὐχ ἡ νόσος, ἀλλὰ τὸ σοῦ δὲ
ἱερᾶς ἀπεῖναι κεφαλῆς. ἐπεὶ καὶ νῦν ἐν
τοῖς ὁμοίοις ἐστί. τούτῳ δέ τι καὶ τρίτον
προσὸν, χαλεπωτέραν τῆς νόσου ποιεῖ. ἐρᾶ
τοῦ τί ποιεῖν στρατιώτῃ πρέπον, καὶ δυσκό-
λως ἔχει πρὸς τὴν ἐξ ἀναγκης ἀργίαν.

Αὐρηλιανῷ. λη

ΟΙμαί σου τῆς θεσπεσίαν ψυχὴν ἐπ'
αὐτὸ τοῦτο καταπεμφθεῖσαν, ἐφὸ κοι-
νὸν ἀγαθὸν ἀνθρώπων εἶναι, καὶ χάριν εἰδέναι
τοῖς συνιστᾶσι τοὺς δεομένους δικαίων, ὅτι
σου πρεπούσας ὑποθέσεις τῇ φύσει πο-
ρίζοντες.

gendum' que ab illis uel persuasione uel ui, quic quid posset. Non igitur illum lateat carnifex, ad testamentum uocatus. Sed re intellecta saltat. Vale.

Eidem. 36

DEcima sexta die mensis *Athyr, beatæ memoriæ Castricius, id ipsum factus est, quum spectrum atrox uidisset' que, ac enarrasset. Vale.

Narratiuncula. *Athyr.) Nouember

Anysio. 37

IOannes, quem, quia te amat, ob hoc ipsum amo, cum morbo difficili luctatus est. Cæterum graue illi erat, non morbus, sed quòd à sacro tuo capite abesset, quoniam & nunc in similibus est. Huic autem & tertium quoddam accedens malum, difficiliorem morbum reddit. Amat facere aliquid, quod militem deceat: grauiter' que fert desidiam, quam necessitas imposuit. Vale.

De morbo Ioannis militis.

Aureliano. 38

ARbitror tuam admirandam animam ad hoc ipsum demissam, ut commune hominum bonum esset, & gratiam habere ijs qui commendant indigentes iuris ope atque iustitia, eo quòd decentia tuam naturam argu-

Commendaticia.

ρίζονταί. οὐ γὰρ ὅτι συγγενὴς ἐστὶν ἡρώδης ἐμὸς, ἀλλ' ὅτι δεῖται δικαίων, διὰ τοῦτό σοι τὸν νεανίσκον συνίστημι, ὅστις ἐκ πεγόνων λαμπρότατος ὢν καὶ τὴν πατρῴαν βῶλον ὑποτελῆ τῇ συγκλήτῳ διαδεξάμενος, ἐπειδὴ γέγονεν ἡγεμὼν, ἀξιοῦτο συντελεῖν ὥσπερ οἱ νεόβουλοι. καὶ γενέσθαι δι' πλοῦς λειτουργός· τὸ μὲν τι διὰ τὴν οὐσίαν, τὸ δὲ, δι' ἣν ἦρξεν ἀρχήν.

Τῷ ἀδελφῷ. λθ

Ἕλκει με πρὰ σὲ πόθος καὶ χρεία. πυνθάνομαι τοίνυν εἴπερ μένεις ἥξοντα.

Οὐρανίῳ. μ

Ἔπεμψαί σοι δῶρον ἵππον ἀκροφυέστατον, εἰς ἅπασαν ἀρετῆς ἵππῳ πεσήκουσαν. ᾧ χρήσῃ μὲν ἐν ἁμίλλαις δρόμων. χρήσῃ δὲ ὅταν ὠθῇ θήραν ἐξάγῃς, καὶ ἐν ἀγῶσι πολεμικοῖς. καὶ ὅταν κατάγῃς ὠθῇ τοῦ λιβυκῷ τροπαίῳ πομπὴν ὠθινίκιον. οὐ γὰρ οἶδα ὅτι μᾶλλον ἐστὶ κυνηγέτης ἢ κέλης ἐναγώνιος, ἢ πομπεὺς, ἢ πολεμιστήριος. εἰ δὲ νισσαίων ἵππων ἰδεῖν ἐστὶν ἀειδέστερος, ὀχθώδης τε ὢν τὸ κρανίον, καὶ λειπόσαρκος τῆς ὀσφῦν, τάχα μὴ οὐδὲ τοῖς ἵπποις, ὥσπερ

menta ſuppeditent. Non enim ideo, quòd cognatus meus eſt, Herodes, ſed quòd iuſticia indigeat, propterea tibi iuuenẽ commendo. Qui quum à progenitoribus ſplendidiſſimus ſit, paternamq; terram ſenatui tributariam ex ſucceſſione acceperit, poſtquam factus eſt præfectus, uult contribuere, quemadmodum noui ſenatores, fieriq; duplex reipub. miniſter: id quidem propter facultates, hoc autem propter magiſtratum, quem gerit. Vale.

Fratri ſuo. 39

TRahit me ad te deſiderium & neceſſitas, interrogo igitur an ſis uenientem manſurus. Vale.

Vranio. 40

MIſi tibi dono equum generoſiſſimum, omniq; uirtute equo cõuenienti prædi tum, quo utaris in certaminibus curſuum, utarisq; quum ad uenationem exieris, inq; bellicis certaminibus: quumque ages ſuper Libyco trophæo uictorialẽ pompam. Haud enim ſcio, an aptior ad uenationẽ, an ad ludum equeſtrẽ, an ad pompam, an ad bella ſit. Si uerò Niſſæis equis aſpectu deformior eſt, tumentẽ habens caluariã, macrosq; lumbos, forſitan neq; equis, ſicuti

Equum dono à ſe miſſum laudat.

ὥσπερ οὐδὲ τοῖς ἀνθρώποις, ἅμα πάντα δι' δωσιν ὁ θεός. μήποτε δὲ οὖν καὶ πρὸς ἐκείνας αὐτῷ τὰς ἀρετὰς συντελεῖ, εἰ τὰ μαλακὰ τῶν σκληρῶν ἐλαττῶ πρὰ τῆς φύσεως ἐκληρώσατο. πρὸς μέν τοι οὖν πόνους, ὀστέα σαρκῶν οἶδα διαρκέστερα. οἱ μὲν οὖν πρὸ ὑμῖν ἵπποι ταῖς σαρξὶ πλείους εἰσίν, οἱ δὲ ἡμέτεροι τοῖς ὀστέοις.

Εταίρῳ. μα

Εμισθωσάμην σοι ναῦν ἀνθρώπων εὖ γε νῶν καὶ πλεόντων τὴν θάλατταν μετὰ πλείονος τέχνης, ἢ τύχης, ὡς αἵ γε καρπαθίων ὁλκάδες, φήμην ἔχουσι διάνοιαν κεχρῆσθαι καθάπερ αἱ φαιάκων τῶν πάλαι, πρὶν ὠθὶ τῆς νῆσον ἥκειν δὲ δαιμόνιον μήνιμα.

Κλησιονίῳ. μβ

Συγγενὴς ἐμὸς ἀδικεῖτο. σὺ δὲ καὶ φίλος εἶ, καὶ δικάζειν ἔλαχεν. ἐκ μιᾶς οὖν προσοχῆς, ὑπάρξει σοι κἀμοὶ καὶ τοῖς νόμοις χαρίσασθαι. ἐπανήτω τοίνυν ἀσφάλιος, εἰς τὸ δεσπότης εἶναι τῶν κεραμίων τῇ τοῦ πατρὸς διαθήκῃ προσλαβὼν τῆς ἀπόφασιν, τῆς κατηγορίας οὐκ ἐσομένης ἐμποδὼν τῷ πραῦτίκα τῆς ἀκροάσεως. πότε γὰρ δεῖ δικαιοδοτεῖν, ἢ τὸ χρόνον, ἐν ᾧ μάλιστα τυγχάνομεν δεόμενοι τοῦ θεοῦ;

Ανα-

ſicuti neque hominibus ſimul omnia dat Deus. Fortaſſe autem & hoc ad illas illius uirtutes accedit, quòd mollia duris pauciora à natura ſortitus eſt. Quippe ad labores oſſa ſcio plus quàm carnes ſufficere poſſe. Veſtrates quidem equi carnibus ſunt præſtantes, noſtrates autem oſſibus. Vale.

Sodali. 41

COnduxi tibi nauem hominum nobiliũ, mareq; nauigantium maiori arte quàm fortuna, ut ſanè Carpathiæ naues onerariæ famam poſsident, mente uſas eſſe, ſicut Phæacarum olim, priuſquam ſuper inſulam ueniſſet diuina indignatio. Vale.

De naui cõducta.

Cledonio. 42

COgnatus meus afficitur iniuria. Tu uerò & amicus es & iudicem agis. Ex una igitur attentione, poteris & mihi & legibus gratificari. Proinde redeat Aſphalius ad dominum amphorarum ex patris teſtamento, percepto ſimul inuentario, accuſatio non erit impedimento, quin confeſtim audias. Quando enim iuſticiam adminiſtrare potius oportet, quàm id temporis, in quo maximè Deum obſecramus? Vale.

Cauſam cognati commendat iudici.

Αναστασίῳ. μγ

Σωσηναῦ τις ἔπεισεν ἢ θεός, ἢ λόγος, ἢ δαίμων, ὅτι καὶ πρὰ τὰ χωρία τὶ γίνεται τοῖς ἀνθρώποις, εἰς τὸ τυγχάνειν τε καὶ ἀπτυγχάνειν εὐμενοῦς τοῦ θεοῦ. πράττων οὖν πονηρῶς παρ' ἡμῖν, καὶ τῶν πατρώων ἀκριβῶς ἐκκοπεὶς, ἔγνωκε πλεῖν εἰς τὰ πὶ θράκης χωρία, ἐκεῖ διαλλαγησόμενος πρὸς τὴν τύχην. εἰ δή σοι φίλα πρὸς τὴν δαίμονα, σύστησον αὐτῇ τὸν νεανίσκον, καὶ ἐξ εὑρέτω τινὰ πόρον αὐτῷ χρημάτων. ῥᾴδιον δὲ βουλομένῃ. καὶ γὰρ τὰ νόννου τοῦ σωσηναῦ φύσαντος οὐ χαλεπῶς εἰς ἑτέρους μετέθηκεν. ἀπφηνάτω δὲ καὶ σωσηναῦ ἠληρονόμον ἀλλοτρίου πατρός. γένοιτο γὰρ ἂν οὕτως ἐξ ἀδικίας τὸ δίκαιον.

Ιωάννῃ. μδ

Ὥσπερ ἄλλοτε πολλάκις ὑπὲρ τῶν καιρῶν ἐγενόμην σοι χρήσιμος, καὶ παρεμυθησάμην δυσχέρειαν τύχης· τὰ μὲν λέγων, τὰ δὲ ποιῶν, ὡς ἑκάστοτε ἡ δύναμις ὑπηγόρευσε· καὶ νῦν περὶ τῶν καταλαβόντων σε πραγμάτων, δοκεῖ μοι συνεισενέγκαι τινὰ γνώμην, ἐπειδὴ μὴ ἔργον δύναμαι.

Anastasio. 43

SOsenæ quispiam persuasit, uel Deus, uel oratio, uel dæmon, quòd & iuxta regiones quippiam accidat hominibus, ut uel consequantur uel frustentur Dei beneuolentia. Quum ergo apud nos incommodè uiueret, patrimonioq; accuratè exclusus esset, decreuit nauigare in Thraciam, ut illic reconcilietur fortunæ. Si qua ergo tibi cum fortuna amicitia intercedit, commenda illi adolescentem, inueniatq; ei rèditum aliquem pecuniarum, quod sanè deæ facile est uolenti. Nam & Nonni facultates, qui Sosenam genuit, non difficulter ad alios transtulit. Declaret igitur & Sosenam hæredem alieni patris. Sic enim fieret ex iniuria iusticia. Vale.

Sosenam infortunatũ commendat.

Ioanni. 44

QVemadmodum alias frequenter oblatis pro occasionibus, tibi utilis fui, consolatusq; sum fortunæ difficultatem, partim dictis, partim factis, prout singulis temporibus uires dictarunt: ita & nunc de rebus quæ te apprehenderunt, uidetur mihi consilium aliquod tibi dandũ, quandoquidem facto te iuuare non

Aemilium cognatum hic trucidasse per insidias ferebatur incerto rumore. Hortatur eũ Synesius, ut se cũ suis iudici examinandum tradat: & uel supplicio, si reus, uel absolutione, si insons, se purget.

δώσαμαι. σωτέσον γὰρ ὁ θέμις, ἕως ἐμπνέῃ τε καὶ δώσατον, μὴ ἐχί σωσὶ πρόπω πρὸ θυμοῦ εἶναι σὺν φίλους, ἀγαθόν τι ποιεῖν. ἄκουε τοίνυν ἃ μοι καλῶς ἔχει διαλεχθῆναι πρὸς σέ, εἰ μὲν θεός ὅτιμι ἡ φήμη κατάζωσα ἐν ἡμῖν ποιητῶν, σὺ διεξέισω ἂν μακαρίτην ἀμύλιον, ὁ πραξας, ἀλλὰ βουλόμενος τὸν φόνον. καὶ βαρβαρικὴν ἥρεσε μασωθεὶς, τὴν σφαγέα δὲ καθεὶς ἐκ τῶν σαυτοῦ λοχιτῶν τὸν ὠμότατον. λέγει μὲν γὰρ ἡ φήμη ταῦτα. βούλεσθαι δὲ οὐ θέμις οὖσαν θεόν. εἰ δὲ ἡσίοδος μὲν οὐδὲν λέγει, πολλὰ δὲ λέγεται μάτην, καὶ τοῦτο πολλὰ σὲ τῶν πολλῶν ὄντι γε. ὡς ἔγωγε βουλοίμην ἄν. πολὺ ἐλάττονος γὰρ ποιοῦμαι τὴν γε ἀργυρείου ζημίαν, ἢ τὴν γε φίλων. καὶ νῦν ἂν οὐχ ὑπάρχοντος ὧν ἀκούσης κακῶς, ἀτυχεῖς μὲν ἆρα, ἀλλ' οὐκ ἀδικεῖς· ὡς ὄφελον μηδὲ ἀτυχεῖν· ἀλλ' ἐκείνως ἢ ἂν σοι καὶ μισητὸν ὠφέλιμον δίκαιον. οὕτω δὲ καὶ ἔλεος. ἐγὼ δέ μοι δοκῶ λίαν ὑπὸ σωφρονέας ἁλώσιμος ὤν, ἁπλῶς ἐκείνως ἂν τὴν μὲν πρᾶξιν μισεῖν, σὲ δὲ ὅμως ἐλεεῖν. τὴν ἐλεοῦντός ὄντι, βοηθεῖν ὅσοι δυνάμεις. εἰ δὲ δύρείσκειν, ὅθεν ἂν οἵητε ὀνῆσαί τι. ὀκεῖν καθ' ἑκάτε-

possum. Synesio enim fas non est, dum spirat atq; aliquid potest, ut nõ omni modo promptus sit ad benefaciendũ quippiã amicis. Accipe igitur quæ mihi honestè tecũ uidentur cõmentanda. Si quidẽ fama dea est, iuxta quendã nostratium poetarum, tu interfecisti beatæ memoriæ Aemyliũ, cædẽq; nõ tua manu, sed consilio perpetrasti. Et barbaricã quidẽ fabulã cõposuisti, occisorẽ autem submisisti ex manipularib. tuis crudelissimũ. Hæc quidẽ fama dicit: mentiri autem eam, fas non est credere, cum dea sit. Si uerò Hesiodus nihil dicit, multa uerò dicuntur inaniter, atque hoc de te ex multis unum est, ut equidem uellem, (minoris enim facio damnum in argento, quàm in amico) ut etiã nunc, quum in culpa non sis, audias malè, infaustus quidẽ es, sed nullam facis iniuriã, utinã ne infaustus quidẽ esses. Verùm illo modo tibi quidẽ iustum deberetur odium: hoc autem modo, misericordia. Cæterùm ego mihi uideor, cũ ex consuetudine nimis sim captu facilis, etiam illo modo actionem quidem odisse posse, cui tamen nihilominus misereri. Miserentis autem est, succurrere pro uiribus, & adinuenire, unde se putet aliquid prodesse posse. Quare in utramque

ἑκάστοτε μοι πρὸς τὴν συμβολὴν σὺ τὸ φαινόμενον βέλτιστον. ἔοικε δὲ τοῦτ' εἶναι συμφορὰν, ἀλλ' ὅμως τε ὄντι καὶ αὐτίκα. ἴθι πρὸς τοὺς νόμους, καὶ σαυτὸν ἐπίδος τῷ δικαστῇ μετὰ ἀθρόων τῶν λοιπῶν εἰ καὶ κάμνοις ἐκείνων. καὶ εἰ μὲν ἐπ' ἀγαθῷ τὸ δεινὸν, δεήθητι, καθικέτευσον, αὐτιβολήσον, μὴ αὖθις προσαναβαλόμενος, πρὶν ἂν ἅπαξ ἐξ τὸ πρὸς τὸ ψῆφος συνῆναι δημίῳ, καὶ δοῦναι τῇ λίκνῳ. γὰρ καλῶ δικαστὴν πρὸς τοῖς κάτω δικαστηρίοις, τὸ πρὸ αὐτῶν ἡμῶν ἀπελθεῖν, ἑταίρε ἰωάννη, μὴ λόγου ἄλλως οἰκείας τῇ προαιρέσει, μηδὲ προσαιτίαμε νομίσῃς σαυτῷ, ὅτῳ τοιόσδε φιλοθρίας ὀναίμην, καὶ προσέτι τῶν αὐτοῦ ἐμαυτοῦ. ὃς ἂν μὴ φιλτάτῳ δικαστῇ τυγχάνοντι σωτηρίαν τοιαύτην, ὅ γε ἀπόλοιτο τοῖς ἐχθροῖς τοῖς ἐμοῖς. καὶ μή ποτε αὐτῷ ὦδε νὴ αὐχεῖν, τὸ, κάλλιον εἶναι τὰ δίκαια δοῦναι ζημιωσίαν αὐθαίρετον. ἀλλὰ μὴ δὲ ταύταν τὸ δύτυχοῦντες γὰρ οἷς ἀδικοῦσιν, ἵνα πλείω τε χρόνου εἶεν κακοὶ, καὶ πάσας ἐκείνας δίκας ὀφείλοιεν. πῶς σὲ δίκαι φιλίαν κινδυνεύω τί καὶ τὰ ἀκριβῆ τῶν ἐπῶν, ὡς αὐτὸ μοιρίδιον ἔσται γὰρ παχεῖα σωμάτων, καὶ γὰρ εἰδώλων δοῦναι τῇ λίκνῳ. ἰσχυρὸς τοίνυν ἀνθρώπου θεός.

τὸ δὲ

partem mihi conuenit, ut tibi consulam, quod uideatur optimum. Videtur autem hoc idem esse utile tibi, siue in culpa sis, siue extra culpã. Vade ad leges, atque temetipsum trade iudici, cum tuis militibus omnibus, si quam & illorum curam habes. Et si quidem res illa atrox perpetrata est, roga, supplica, obsecra, ne remittas pedibus aduolui prius, quàm impetres, ut iudicis sententia tradaris carnifici, des'que pœnam. Commodissimum hoc tibi erit apud inferna fora, hinc prius emundatum recedere, amice Ioannes. Ne nugas temere arbitreris hanc adhortationem, neque censeas me tecum ludere, sic sacra fruar philosophia, insuper & liberis meis, nisi mihi charissimus esses, nunquam tipi tale dedissem consilium, quale inimicis meis utinam nunquam ueniat in mentem: nempe, quòd honestius sit, eum qui fecit iniuriam, spontaneas dare pœnas, sed nunquam desinant feliciter agere in iniurijs, ut & plus temporis sint mali, omnes'que illic pœnas soluere teneantur. Ad te propter amicitiam tentabo aliquid & arcanorum dicere, quòd dissimile sit in crasso corpore, & in simulachro dare pœnas. Fortior quidem homine Deus est, diui-

narum

τοῦ δὲ θείου παντὸς διακόσμου, σκιὰ τὸ ἀν-
θρώπινον· ἀλλ' ὅπερ εἰσὶν ἐν ταῖς πολιτεί-
αις οἱ δήμιοι, χεῖρες τῶν νόμων, τὴν αὐτὴν
αἱ ποιναὶ χρείαν τῇ φύσει τοῦ κόσμου παρέ-
χοντες. δαίμονές εἰσι καθαρτήριοι, τέχνην
ἔχοντες ὠδὶ ταῖς ψυχαῖς, ἣν οἱ κναφεῖς ὠδὶ
τοῖς ἱματίοις τοῖς πιναροῖς. ἀλλ' εἴ τις ἱμα-
τίοις αἴσθησις ἦν, τί ἂν οἴη πάσχειν αὐτὰ,
λακτιζόμενα, καὶ νιτρούμενα καὶ πάντα τρό-
πον κναπτόμενα; διὰ πόσων δ' ἂν ὀδυ-
νῶν ἐκπεπλῦσθαι κηλίδας ἀρχαίας καὶ
προσετηκότα ὁμόργματα; ἐῶ γὰρ λέγειν
ὅτι πολλοῖς ὁ ῥύπος οὕτως ἐνέφυ σφόδρα
διὰ τοῦ βάθους, ὡς ἀναπάλλακτος εἶναι. καὶ
φθάνει διαφθαρέντα, πρὶν εἰς τὴν φύσιν
ἐπανέλθῃ, ὅτι τὸ πάθος αὐτοῖς γέγονε φύ-
σις, ἢ δὲ χρόνου πλῆθος, ἢ διὰ μέγεθος. οὕ-
τω δὲ ἐχούσῃ ψυχῇ, καλῶς ἂν εἶχεν εἶναι
φθαρτῇ. νῦν δὲ τὰ μὲν ἁμαρτήματα, λό-
γον ἔχει πρὸς ἀνεκπλύτους κηλῖδας. ἡ ψυ-
χὴ δὲ οὐκ ἔτι προσδοιμάτιον ἐκεῖνο τὸ πι-
ναρόν τε καὶ οὐκ αὐτέχον. ἀλλ' ἀθάνατος
οὖσα, τίνει δίκην ἀθάνατον, ὅταν ἁμάρ-
τῃ δευσοποιά τε καὶ ἀναπόνιπτα. ἀλλ'
ἐν ᾧ γάρ τις ἥμαρτε βίῳ δίκας διδοὺς,

ὀ πάνυ

narum autem rerum per totum mundum umbræ sunt, res humanæ. Quin quod sunt in rebuspublicis carnifices, nempe legum manus, eundem usum naturæ mundi pœnæ præbent. Dæmones sunt purgatorij, artem exercentes in animabus eam quam fullones in sordidis uestimentis. Verùm si quis inesset uestimentis sensus, quid ea pati putas, quum pedibus calcantur, nitro perluuntur, omníque modo tunduntur ac deraduntur? Per quantos dolores putas elui ueteres notas, maculasque fixè inhærentes? Omitto enim dicere, quòd sordes multis ita penitus atque profundè innatæ sint, ut auferri nequeant: atque corrumpantur prius, quàm ad naturam redeant: quod uitium illis transierit in naturam, uel propter temporis multitudinem, aut propter magnitudinem. Sic autem affectæ animæ bonum esset, esse mortalem. Nunc autem peccata quidem proportionem habent ad ineluibiles notas ac maculas: anima uerò non iam ad uestimentum illud sordidum atque non perdurabile, sed cum sit immortalis, immortales dat pœnas, quando peccauerit peccata penitus imbuta & ineluibilia. Verũ qui dat pœnas in uita, in qua peccauit,

is

ὁ παύυ προσεπικὸς ἔχει τὴ προσιζῆσαν τὸ
πάθος. ἀλλ' ὡς αὖ εἴποις ἀρτιβαφὴς ὅσα
ψυχή, τάχιστα πλώεται. διὸ δυτέον ὅτι
ὡς ἐνὶ μᾶλλα τάχος τῶν ἀίκλων τὴ ἡμιωροῖς ἀν
θρώποις, ἀλλὰ μὴ παίμοσι. λέγετ' δέ τις
λόγος ὅς με πάθει, σὺν ἠδικημένως κυείσ
εἶν, μακροτόρας τε ποιεῖν, καὶ ὧν τέμνειν
τὰς ἡμωρίας, διὸ παραπλησίον ὅτιν ἐνα
κανὸν ἡμέγα ὀργάσασθαι, ἢ πολλοὺς κα
τα μικρὸν ἀδικῆσαι. ἐπέξεισι γὰρ ἕκαστος
ἐν τῷ μορίῳ τὴ δλεῖ πᾶσιν ὑπηρετῆσαι τῶν
ἀίκλων· ὅταν δλεῖς ἰάσιμος ἦ, μέγα παρὰ
τῷ δίκασῃ δλύεται, τὸ τοσαῦτα πεπο
πονθέναι τῇ ψυχῇ, ὡς ἤδη πρὸ αὐτοῦ ἠδι
κημένων ἔλεον εὑρέσθαι. πότε τοίνυν εἰκὸς
ὅτι μακαρίτισθ' ἁμυλίς ψυχῆς συγγνω
μονες ὁρᾶς τυχεῖν. ἐγὼ μὲν οὖν οἶμαι, μᾶλλον
δὲ, οἶδα σαφῶς, ὡς ἅπας ἐκείνης αἰδέσι
μος, ὅστις ἑαυτὸν τελμώρηται. καὶ δις ἥδη
παρ' ἡμῖν εἰς ἀπολογίαν ἁμαρτήματος κα
τασὰς, αὖθις θ' ἁλῶναι φθάσαι τὴν αἰτίαν ὁμο
λογῆσαι, καὶ φῆσαι κολάσεως ἄξιος εἶναι,
τὴν κόλασιν ἀγωνήσατο. τὸ δὲ γνῶναι χθὲς
ναι τοῖς δι' ἃ τις ἠδίκησεν, εἴτε χρήμασιν
εἴτε σώμασι, βαρυθυμότερον τὸν ἠδικημέ-

νον

is non omnino fixè adhærens, agnatum'que habet uitium, sed quum anima (ut ita dicam) nuper tincta sit, celerrimè lauatur. Quapropter dandæ sunt celeriter, quantum fieri potest, pœnæ hominibus ultoribus, & non dæmonibus. Porro sermo fertur, qui mihi persuadet, in affectorum iniuria potestate situm esse, ut supplicia uel longiora faciant, uel præcidant. Quapropter simile est, uni aliquod magnum malum facere, & multos in paruis iniuria afficere. Vnusquisque enim in ius rapit pro sua parte, oportet'que omnibus ius subministrare. Si quis uerò sanabilis est, is multùm apud iudicem potest, quòd anima prius tanta sit perpessa, ut iam etiam apud eos qui iniuria sunt affecti, inueniat misericordiam. Quare ueri simile est, etiam te anima beatæ memoriæ Hæmilij beniguiore uti posse. Nam ego puto, imò liquidò scio, omnem supplicem reuerendum esse, quisquis semetipsum puniuit. Et quidam iam apud nos reus criminis, ut se defenderet productus, eo quòd præoccupasset culpam confiteri, dixisset'que se castigatione dignum, castigatione redemit. Porrò delicatè ijs frui quibus quis fecit iniuriam, siue pecunijs siue corporibus, pigriorem ad ignoscendum eum reddit, qui iniu-

ari

νομ καθίσησι. ☾ τίς αὖ γνώσιο τ σώματ☉
ἐξελθὼμ, εἰθ' ὑπὸ βιαίας δίκης, εἴτε ἑτέρ)
τρόπομ, κἄπειτα αὐτ) τῷ ψυχρῷ, αὐτῇ τῇ
ψυχῇ θερασάμ☉ν, ὀκ ὄσπς ἀρνεῖται ῥιγλώτ
της, ἀλλ' ἐγκεκολαμμένομ ἔχωμ τὸ πίσκμ)
τὸ τ πράξεως, ὀκ ἰλιγγιάσ☉ς; ὀκ ἀχρεώσ☉ς;
ἔλξησιγῶμ μ' ἐκκείσκ τῇ δίκῃ, κἀ σὺ κἀγώ,
κἀ ὡς ὁμ ὁ πρωκαθαίρει μεταύοις δίκμοσι
βυθεῖα, ἀλλ' αὐ δρεσέομ, ὦ γυμνᾶτε. γυμνᾶτος
δ' εἶης. ☾ τ μὴ δ☉νῶμ ὑποροπτέομ, ἃς ἀδι
κοῦντ☉ν ἐποιησάμεθα. ὧν δὲ αὐθρώπτς ὀκ
αἰσχυντέομ. ἀλλὰ τῷ δικαστῇ δ' ὁμολογη
τέομ τ πράξιμ. ἀξιλαστέομ ἢ τῇ πρωτίκα
τίσει, τὰς κάτω ποινάς. μεγίστ γὰρ ἐντ☉
ἀγαθῶ τ μὴ ἁμαρτεῖμ, δλύτορομ ἀγαθόμ
τ☉ δικαιωθῆμαι. ὅσις δὲ χρόνομ πολὺ ἀδι
κῶμ, ἀκόλαστος μένει, ὥστε μ δικῆ νομίζειμ τὸμ
ἀτυχέστατομ, οὔ μήτε θεός, μήτε ἄνθρω
πος κήδεται. σκόπει γὰρ ☾ ταύτη. τὸ ἀκό
λαστομ ἐστὶμ πρὸς κακοῦ, καὶ λέγεται, καὶ ἀ
κόεται. δηλοῖ τὸ κεκολάδθαι πρὸς ἀγαθῶ.
ὥσπ γὰρ φαυτίομ τὸ φαυτίομ ὁ λόγος μένει.
εἰ μ ὁμοῖ ἐγὼ παρὼμ ἐτύγχανομ, ὀδέμ' ἂμ
ἔλθει σε πρᾶγμα χεῖρ' ἀπορυθμιῶντα καὶ
σαυτὸμ καταγέλοντα. ἀλλ' ἐμαυτὸμ ἂμ

ἔταξα

ria affectus est. Et quis nam fieres, è corpore egressus, siue à uiolenta pœna, siue alio modo, deinde ipsam illius animam tua anima conspicatus, quum tibi non sit lingua ad negandum, sed insculptam habeas actionis notam? Nónne uertigine laborabis? Nónne perplexus eris? Trahe ris tacens, sperabisq; ultionem tu atq; ego, & omnis quem nõ publica prius expurgauerit pœnitentia. At uiriliter agendum est, ô generose, (nam generosus esses) uoluptatesq; sunt despiciendæ, quas iniuriam facientes acquisiuimus. Homines in hac parte reuereri non debemus, sed iudici actionem confiteri, placareq; ueloci ultione, infernas pœnas. Nam quum maximũ bonum sit, non peccare: secundum bonum est, iuris sententia multari. Quisquis autem multũ temporis impunitus manet, hunc censeri oportet infaustissimum esse, cuius neq; Deus, neq; homo curam habeat. Considera uerò rem & hoc modo, impunitũ esse, † in mala significatione & dicitur & auditur: ergo punitum esse, in bona. Nam contrario contrarium (ut aiunt) manet. Quod si ergo ego adfuissem, nihil te oportuisset habere negocij, erubescentem atque temetipsum deferentem: sed ego memet con-

